

ENTO
A
VO



21

Completa

AYUNTAMIENTO
DE MURCIA
ARCHIVO

ESTE 11
TABLA G
N.º 9

08

1.1.11

Final

CONSPIRATIO

Hæretico-Christianissima

IN RELIGIONEM IMPERIUM,

HISPANVM

Austriacos, & fiduciales eorum

Iure sacro, Oeconomico Politico Canonico Ciuili, &
à temporum euentibus damnata,

ARMA AVSTRIACA GERMANO-HISPANICA

Pro Religione & Imperio

Hispano Austriacis, & eorum fiducialibus.

Iure sacro, Oeconomico Politico Canonico Ciuili, &
à temporum euentibus defensa.

P E R

Licentiatum D. Ioannem Adamum de la Parra,
quondam in Supremis Senatibus Hispaniarum
Aduocatam, nunc Sanctæ Inquisitionis
Murciæ promotorem Fiscalem.



MVRTIÆ,

Apud LVDOVICVM BEROSIVM
Anno Domini M. DC. XXXIV.

R 9974

Ysocrates ad Demost.

R eligionem serua quam à maioribus accepisti.

Claudianus.

H Eù heù quam breuibus pereunt ingentia causis
Imperium tanto questum sanguine tanto
Seruatum, quod mille ducum peperere labores
Quod tantis Romana manus contexit annis
Proditor vnus iners, angusto tempore vertit.



PHI



PHILIPPO QUARTO

in orbe Maximo.



*V*NC tibi libellum, Maximè
Princeps, tibi tot nominibus de-
bitum, in quo Ecclesia Catho-
lica imminentem tempestatem
retuli, destino: per eum Prin-
cipes Catholicos adhortor, ut
dum ad eam & eos infringen-
dos tota maleuolorum Europe
turba concurrat, exeant armati ad ipsos excludendos:
à te que suppliciter exoro, ut si adhuc angustias &
discrimen hoc non satis extinguisti, totis armis hanc
pestem excutias. O Regum potentissime, te te asylum
fidei, per cuius clypeum Nouatores hodie delitescunt, li-
berius compello: in te omnes Catholici scimus, Dei
domum hisce temporibus tam inclinaram, recumbere:
exurge iterum in arma, hoc tibi tanquam ipsi Marti
ingeminino: exere tuam victricem manum, ipsi quipe
Principes Catholici, sub quorum protectione Catholi-

OTVA

† 2

ca



ca sistebat Ecclesia, viribus accissi sunt. Sic Ecclesia
Catholica Romana propagabitur, Imperium suam
eminentissimam maiestatem aliquantulum declinan-
tem, integram conseruabit: tu tot iam regnis potens
virtutē auitā nunquam debilitatam, nunquā debilitan-
dam ostendes, fiducialesq; Austriacorum etsi lassati in
neruum colligentur. Et vt mihi si te inconsulto aliquid
occultum, per libellum reuelauī, parcas obsecro, &
hoc spectare debes, nam & eius cognitio, & hostibus
nocumentum, & tibi perpetuam vtilitatem erit alla-
tura: Parcas quoque si hunc libellum cudi fecerim à
te nondum impetrata venia hoc enim curauī, vt quam
sedulo quisque posset operam tibi, & religioni adhibe-
ret, à me excitatus ne in nos propheticum illud eueni-
ret. Væ mihi quia tacui. Esai. 6.



AVCTORIS

Ad libellum suum.

Lictora si peregrine petis, peregrina libelle
 Vae tibi, sub flammis, forsitam ibis, abi
Non credis? credes, si quando, incendici, Galli
 Accensam que tibi, substruet, ira, pyram
Et conflagraris modicus quando igne libellus,
 Ne dubita exhibis, maximus inde liber.
Vade igitur, paruo que magis de nomine cresce
 Et fias domini, magna propago tui:





V M incendium viderim, Christiane Lector, Religioni & Catholicae Romanae Reipub. incertum esse, eiusque maximam partem occupasse; Principes per hunc libellum hortabar, ut opem ferrent ipsi, ne amplius deflagraret; sed ante propagationem operis iam propere extinctum cernere est ignem, quippe illum tam opportunè, quam beatè Deus antevertit. Nihilominus, nè Lector fructum, à me perditum dicas, respice libellum, & an usui saltè sit, ut indicet statum & causas armorum: Quà Ecclesiae hostes contriti penitus evadant: Quomodo restituta Religio undique valletur ne amplius Hæresi, & Tyranidi pateat. Quando & per quos Principes Christianos præparabitur ultio ad hanc pestem excutiendam: Qui Religionis specie Religionem euertant, & improbent: Inter quos perpetua fœdera contracta sint cum Religione, Imperio & Austriacis inter quos vè cū protestantibus. Plura de inauguratione, & trāsitu cōmuni inuenies. Si hoc ita est, dices me, etsi rudi calamo nō perdidisse operam, maximèque dum gratias Deo immortalī agam, quòd hanc conspirationem Hæretico-Christianissimam manu sua excusserit: Hispanumque Austriacos, & alios Principes Catholicos excitauerit ad stabilienda Ecclesiae fundamenta.

* * *

PARA.

PARAGRAPHI HVIVS LIBELLI

hoc ordine continentur.

- P**ropositum operis. Pag. 1.
Germaniæ Galliaque facies hoc anno
1634. pag. 6.
Spes Gallorum inanes eorum infirmitas dete-
cta. pag. 32.
Conspirantiū vires huic bello impares. pag. 42.
Firmissimum Hispano-Germanicum fædus.
pag. 61.
Incommoda Italiae. pag. 71.
Venetorum incommoda. pag. 75.
Sabaudo incommodat. pag. 81.
Incommodat duci, & reliquis Eutrutiæ.
pag. 84.
Pontifici Romano dedecet, & incommodat.
pag. 91.



SECUNDA PARS DE INIVSTI-
tia armorum Gallie.

- §. 1. **F**Rancos pro iure armorū gratis præ-
tendere titulum translati Imperij.
fol. 108.
§. 2. Aurea bulla impugnata à Gallis defendi-
tur. fol. 125.
§. 3. Hæretico Gallica fædera iniusta, quod in
Religionem conuertantur. fol. 129.
§. 4.

§. 4. Ecclesiastici an in Austriacos, & Hispanum, an in Gallum propendere debeant. fol. 148.

§. 5. Rupellanos comprimit Hispanus, Batauos fouet, & incitat Gallus. fol. 170.

§. 6. Gallorum iniusta pro defectione Fridlandi contentio Cæsaris, & Hispani iusta in Fridlandum animaduersio.

§. 7. Transitus ex Italia in Belgiû iniustè à Gallo intercepti.

§. 8. Arma à Ferdinando pro restitutione bonorum Ecclesiasticorum iuste suscepta. fol. 221.

§. 9. Rex Vngariæ in electionem admittendus Rex Galliarum, & quicumque Hæretico nomine admittendi.



CON-



CONSPIRATIO

Hæreticochristianissima

IN RELIGIONEM, ET IMPERIUM
EX IVRE DAMNATA;

ARMA AVSTRIACA GERMANOISPANICA

Pro Religione & Imperio

EX IVRE DEFENS.

AD EUROPAE PRINCIPES.

PROPOSITVM.



VM maximè ingentes armorum terra marique apparatus, circumstrepentes bello Europæ nobilissimæ nationes; Christianissimæq; acies Christianis minitantes funestissimas mortalium clades portendere videantur: nihil tamen; ita Catholicorum animos perculit, atque Romanam

A

Ecclesiam


Ecclesiã adeò perturbauit, quam quòd tantorũ
 malorum formido, bellorumq; furor à Chri-
 stianissimo Rege, & regno Catholicis impen-
 deret. Quid enim victricibus armis pro Reli-
 gione, & Imperio dimicantibus, à furenti hæ-
 reticorum vesania, & malefida conspiratione
 esset timendum, nisi teterrimi pietatis, & reli-
 gionis hostes contra pietatem, & religionem
 Christianissimis armis in certissimam Ecclesiæ
 perniciem abuterentur? Atqui non religionis
 odium arma Gallica hæreticorũ sanguine ma-
 dentia, atque à nouatorum cæde adhuc tepen-
 dia in bellum concitat. fateor, nec enim credi-
 derim Christianissimum Regem tot Christia-
 nissimorum Regum sanguine clarum, pietate,
 modestia, bellicaq; virtute longè clarissimum,
 atque Ludouicum alterum novum Galliæ de-
 cus, qui iuventutis florem, & Galliæ felicitatis
 auspicia hæreticis debellandis sacrauit, spi-
 rantia hæresum mortem arma, in Catholicam
 religionem conuertere. absit tantũ nefas à
 tam pio religiosoque pectore. Verumtamen id
 mihi clarissimo Regi maximè addicto præci-
 puè dolendum: quod studia, & ministri, qui no-
 uarum maximè cupiditatũ, & spe fortunæ me-
 lioris, odio pacis, nãquilitatisq; pertesi suis etiã
 periculis latentur; optimè in religionem ani-
 mato

mato iuveni, atque suis plus equo fidenti, os sublinant, & speciosis quibusdā nominibus prætextis, Europæ Principes in fœdera armorumq; societatem perlicere conantur. Siquidem licet hos belli apparatus in religionem Catholicam esse pernegent, tamèn contra Catholicos hæreticorum petulantiam frangentes, atque pro hæreticis Romanā Ecclesiam oppugnantibus, esse facilè profitentur ipsi quoque horum bellorum architecti, & machinatores. Si ergo, vt inquit Tullius, nec priuatos focos, nec publicas leges, nec libertatis iura cara habere potest, quem discordiæ, quem cædes ciuium, quem bellum ciuile delectat, eumque ex numero hominum eiciendum ex finibus humanæ naturæ exterminandum putat; quid interest quod palam, libertas ac alia speciosa vocabula prætexantur? domnandi libido bellorum causam dedit, quæ Ecclesiæ ruinam minantur, aliæ tamen causæ ab ipsis vulgantur; sed quando aliorum ditiones invadenti, causæ deesse poterunt, cum ingeniosæ ambitioni sit satis ambuisse, vt quiescentis orbis terrarum perturbandi causam reperiat? Cum ergo à personata hac quorūdam ambitione sit Religioni, mortalibusquè timendum ne Christianissimo, atque pijsimo Regi subdola ministrorū libido facilè imponat; ne vè aliorum

Catholicorum Principum, Christianissimi nominis splendor aciem animi perstringat, perniciosissimumquè Religioni Christianæ bellum, ut iustum maximèque sibi commodum amplexentur; ac denique ne tanquam in mare, quod est ventis subiectum efferis vndarum motibus, iactatam Austriæ domum Religionisque communem causam turpiter deserant, quia fortunæ temeritate labefactandam putent: opere pretiū duxi, pro tenuitatis nostræ modulo ostendere Galliæ pijsimum Regē ab ambiciosis quibusdam ministris, & venalibus Theologis eorum emisarijs turpiter decipi; dum illū ad hoc bellum tanquam iustum suscitandum vehementiùs commouent; cum tamē illo nihil possit excogitari ad devastandam, euertendamquè Christianam rempublicā aptius, vel à vera iustitia, pietateq; disiunctius. Nec tamen imminētia Gallis ab hoc bello incommoda persequar: siquidem apud iustissimum Regem, rectique tenacissimum nihil ad deponēda arma tantam vim obtinere poterit, quantam nota semel iniustitia bellorum: neque enim dedecet Principem presertim Christianissimū, quæ semel sibi probat cōsilia postquā nefaria, & iniqua esse cognouit prauisque suasionibus extorta, sanioribus commutare; cum & æquitati posthabenda

victoria

Victoria, & in ancipiti belli fortuna contra certam ratamq; iustitiam dimicare temerarium sit; potentior enim hostis, quam Austriaca domus potētissima iniustitia est. Enim vero quia nunquam à mortalium numero defuere quibus nihil est proprijs commodis antiquiùs, quiquè perpulchro illi maximèq; honesto penitus renuntiarunt: incōmoda quæ reliquis fæderatorū ab hoc bello nascuntur leui calamo perstringere placuit, vt appareat, quam vana sit aliorum calamitate subnixa felicitas, neq; ex multorum miserijs profectam iactantiam satis vnquā sibi prospexisse: eos enim qui proprijs commodis adlecti in Religionem & aliorum calamitatem conspirant, in suam potius crediderim, quam in aliorum concitari pernitiam. Deniquè vt faciliùs quisque percipere possit, quam altè infederit in Austriacis pectoribus auitæ Religionis amor, & studium; Gallia contra tumultuantes hæreticos præstita auxilia, & Gallicarum Germanicarumq; rerum, breuem quandam seriem præmittere collibuit, Religionisquè faciem ob oculos proponere; vt ex his fundamentis, rationum pondera, atque momenta quisque facilius expendat, & nostræ disputationis constantia certior firmiorq; euadat. sed iam ad institutum aggredior.



S. Primus.

Galliæ Germaniæque facies

Hoc anno M. DC. XXXIV.



I.
Suspicio
disidiorum
in Gallia.

ERVEBAT adhuc non modicis fluctibus Gallia, atque resstantibus hæresum ventis, quasi naufragio addicta intestinis malis quætiebatur; noui motus quotidie progerminabât; nondum evulsa vnica malorum radice nouatorum luc, sed, quasi attonsa pampinorum luxurie feracissimus bellorum campus, arma, rapinas, cædes, præliaquæ fundebat. Turbulenti nouatores, vt est hominû ingenium, nec legibus, quas oderant, nec mitissimi Regis clementia, & nomine quo nihil apud Gallos augustius, continebantur. Imò vero, vi, armisque, aperta defectio- ne, siue subdolis, subobscurisque molitionibus quotidie ingrauescebat malum; hinc suspiciones in aula ferere; sopita iam tempore odia excitare; Regi inuidiam conciliare: atquæ eius pietatem clanculum mordere. Exardescebat vndiquæ bellum, atquæ ferocientes Gallorum animos

animos domestica clades perdomabat, nequè aliquid erat timendum finitimis, quibus miserationi potius erant, quam timori; donec Rupella eversa; noua lux Gallia oboritur, quæ intestinarum turbarum tenebras longè, latequè disiecit.

Verum tamen ex hoc tanto Galliarum bono precipua gloria celsit Hispaniarum pijsimo Regi, qui pietatis citius, quam cognationis iure, laboranti Gallo suppetias tulit, atquè faustissima Regni primordia à Rupellano bello auspiciatus est; nam instructissima classe Anglorum Rupellanos fouentium, conatus deludit, subsidiarias naues excludit, commeatus intercipit; ac deniq; omnis suauioris fortunæ spe deiectos, & maritimo præsidio exarmatos obsidenti Gallo in prædam tradit, posthabitis politicorum acroamatibus, præ Religionis studio, & pietate. Non enim deerant, qui futura orbis mala præfaga quadam notitia odorarentur, & quodammodo diuinarent, multi siquidem, & cordatissimi quique, qui humana sapientia rerum expendebant momenta & Gallica ingenia probe nouerant, tutius arbitrabantur implicare potius, quam explicare domesticis bellis, ne quæ in propriam pernitiem vertebant arma, in alienam conuerterent. Nec multum eos sua fellit

II.
Hispanus
expugnatus
ti Rupella
hereticosq;
subjuganti
Gallo con-
trapolitico
rum placi-
ta adest.

fellit opinio, vix enim conquieuerat Gallia à Rupellana obsidione, & expugnatione cum Rochelinus (cuius natus, & Rex, & Regni Gallicani summa gubernantur) procax belli, quietis impatiens ad arma potius quam sacerdotia natus, animos erigere, omnia miscere; magna quædam moliri omnia libidine & compendio agere, atque quiescentem terrarum orbem inquietare incepit.

III.
Familiarū Regis Gallicæ ambicio Batauis hæreticis, & perduclibus fabet, atq; in pacem, & Religionē proclinationibus de prauat.

Et in primis vt ridenti fortunæ vberiore aperiret campum, & Gallicæ ambitioni frena laxaret statuit acceptam ad Rupellam ab Hispano gratiam rependere, atque posthabita omnis Religionis cura Bredenorensi obsidioni intento, atque insanis sumptibus Romanam doctrinam vindicanti, ita ex animo adest Christianissimi Regis, & Regni hic purpuratus arbiter, vt eius gloriæ sit, vrbs per integrum biennium propugnata, labantes Hæreticorum vires confirmatæ, Buscumducium firmissimū munimentum Catholicis ereptum, nequè audeant hæc hæreticorum fomenta alio diuertere, cum veritatem ipsam, nobis tacentibus, loquantur Gallica vexilla ad Bredenorenses pinas ludentia, & amicos muros lambentia, Gallicæ cristæ, & equorum innitus deditia post captam urbem Gallica iuventus in qua ad sex mille capita censabantur,

sebantur, flos & robur militiæ. Taceo aliã militaria subsidia, & profusiores pecuniæ enumerationes, cum liquido constet, detestandam hæreticorum luem persistere, atquẽ grassari in Belgio Christianissimo fomento. Siquidẽ cum diuturni belli incommodis affecta, in pacem, & uitam religionem Olandia proclinarer, vitro se immitentem, ab Ecclesia Romana, legitimoquẽ Principe, tanquam à præcipitio reuocarunt, ne pacatis in Belgio rebus ambitioni aditus ad maiorem fortunam intercluderentur, atquẽ ab institutis deciderent cogitationibus.

Cum autẽ hæc prosperè succederẽt deposita persona, noua moliuntur Gallici ministri, quibus Hispaniarũ Regẽ de Rege leuiro, & Regno Gallico benemeritũ inquietẽ Imperatorẽ vexent, Italiam suauissima fruentem pace, suaq; fortuna gaudentẽ dilacerẽt, ac deniq; Religionem Romanã funditus evertant. Siquidem causati Nouiodunẽsem ducem apud Imperatorem causa cadere, dum hæreditario iure Mantuam deposcit, inferendi in Italiam belli honestissimam occasionem rati, ne diu concupita elaberetur: ingruente rigentequẽ hyeme, transversis Alpium iugis, Gallicas copias in Italiam transfuehant, atq; Mantuam, & Cassale maius munitissimum opidum, obsidione Imperialium libe-

IIII.
 Nouastur-
 bus excitã
 Gallici mi-
 nistri, atq;
 Italicosmo-
 tus abent,
 Cassale fir-
 missimum
 nimento
 fraude po-
 titi.

rare frustra tentati, tandiù in Subalpino agro subsistunt quandiù motus aliqui in Insubria oborirentur. Sed cum Insubres lætissima Hispanorum manu in officio continerentur spe, & fortuna depulsi sunt. Sequitur Mætua ab Imperialibus obsessa vi capta; Cassale ab Hispanis Imperatori suppetias ferentibus in ultimas angustias obsidione redactum; donec demum pacta deditioe ea præcipuè lege, ut illud munimentum penes Imperatorem esset, ne in Hispanum Gallumvé relaberetur; dum Hispani subdolæ pacationi nimium fidèles, arma deponunt; Galli Germanos nihil hostile timentes in expectato adoriuntur, atq; virtute partam victoriam dolo è manibus eripiunt.

V.
 Novi motus in Gallia, matris & Regis filij simultates.

Enim vero cum Italici motus ex sententia non succederent præseruidi ipsi, & inquieti quiescentem iam Galliam nouiter inquietant. dum enim Regis gratiam in propria commoda auertunt, & Gallicas habenas impotētius moderantur in multorum odium offensionemque incurrit, nam erectior eorū animus, & ad bella procliuior offendebat Reginam matrem, atque Aurelianum ducem, quibus Romanæ Religionis amor (quo nihil habent antiquius) altius infederat, dolebantq; hæreticos in Gallia Hispanicis auxilijs à Rege protritatos, in Belgio
 contra

contra Hispanum horum ministrorum artibus erigi: dolebant pijsimi Imperatoris contra hæreticos depugnantis, præpeditas victorias: dolebant denique iuvenem egregiæ indolis, & pietatis Ludovicum Regem impotentium hominum ambitioni seruientem, atquæ apud illos ipsos pacis, & belli iura.

Et vero cum Gallici ministri alienatos matris, & filij animos sentirent, fortunæ suæ timentes eorum consilia antevertenda rati, egrum iam Regis animum admotis calumniarum facibus accendant, atquæ subobscuris quibusdam suspicionibus primum; mox manifestis accusationibus tyrannidis, & proditionis appellant matrem apud filium eorum artibus factum ex filio hostem, matrisquæ domesticos calumnijs onerant, atquæ tanquam factiosos, & turbulentos multandos procurant. Nota sunt orbi, atquæ à nostris aliena institutis, quæ in his accidere, donec improbando in omnem posteritatem exemplo mater à filio in vincula conijcitur, atquæ fauente numine custodes delusa elabatur, & in Belgio peramanter ab Hispano recepta, apud externos pietatem, & humanitatem illam inuenit, quam filius exuerat.

Commouit res hæc, vt par erat procerum animos, & in primis Aurelianum ducem, Gal-

VI.
Regina mater in custodiam obtruditur.

VII.

Aurelianus ministris infensus ex aula decedit subsequuntur aliqui proceres, quos ministri proscribunt.

lici Regni successorem; quem ut maternæ iniuriæ vindicem, atq; suæ impotentiaæ frenum excutere à curiaquè diuellere conantur, perinde ac vellent illis successit, nam iniqua matris fortuna percitus, ut saluti consuleret ex aula in decedit: subsecuti sunt digredientē Memorāsius, & alij proceres familiaribus Regis ministris infensi. Dilectus militū habitus: orti in Gallia noui motus ita ut Regem inter, & Aurelianum fratrem grauissimæ suspiciones sensim exorta in apertam simultatem prorumpere videntur. Nam familiares hi qui factionū fomenta proprijs cōmodis inferuire videbant; tum quia ex aliorum ruinis suam fortunam parabāt; tum quia remotis Aureliano, & socijs, Rege Regnoque soli potiebantur, simultates ex similitatibus ferere statuunt priuatam inuidiam in publicam iniuriam auertere, Regio se numine, & nomine tueri, atque adeo proceres illos qui Aureliano adhæserant tanquam Regni hostes, & Regi iniurios publicè proscribere.

VIII.

Aurelianus accepta fide cum suis in aulam reddit.

Verum tamen cum vi, armisque illos opprimere periculosum videretur ad artes, & Henrici tertij consilia contra Guisios fratres conuertuntur, atq; Aurelianum data fide reuocare conantur; sed cum Memorāsius nequidquam reclamante

clamante Aureliano capite plecteretur sequentiū
 beluarū furori cedendū ratus Lotoringiam pri-
 mū. Mox, ne sibi addictissimo duci leuio pro
 hospitio exitium pararet, ad matrem in Belgiū
 se contulit, vbi conceptas in hos Regis familia-
 res iras cōprimit, atq; de eorū impotentia con-
 queritur, qui matrē lectissimā fæminam à filio
 Christianissimo, & fratrem Regni successorem
 à Rege fratre, illi haud infenso, diuellere non
 dubitauerint, nec desunt qui suspicentur ad id
 vnum vti scopum collimare ministros, vt Re-
 gius adolescēs miris modis vexatus, Nouatorū
 partibus adhærescat, atquē tanquam factiosum
 hæreticorumq; fauētore ab hereditario Regno
 excludant, quod dotali manere cum aliqua ex
 sibi sanguine coniunctis puellis iuveni è regio
 stemmate parant. Sed hæc ambitionis indicia
 vtcumquē essent ferenda, nisi ad fouendos im-
 pios hæreticorum conatus, atquē Christianam
 rempublicam deformandam Catholicamq; Re-
 ligionem è Germania exterminandam procede-
 rent. Ea enim est ambitionis natura; quæ cum se-
 mel irrepserit ad summam semper potentiam,
 cunctis artibus contendat.

*Memoran-
 sus ceditur
 Aurelian⁹
 in Lothorin-
 giā primū,
 mox in Bel-
 giū se con-
 fert.*

Vt autem Gallicos ministros in Religionē
 grassantes videamus, opere pretium erit, bellum
 Germanicum à Ferdinando Cæsare pro Reli-
 gione

gione susceptum læui calamo perstringere.

Cum Ferdinandus Cæsar rerum gestarum magnitudine cum antiquis comparandus, pietate, & Religione inter alios clarissimus, bono, ac gloriæ Germaniæ natus, Boiohemicū bellū, & Danicum feliciter confecisset ad propugnanda Religionis iura conuersus, Ecclesijs erepta bona restitui iubet; res in primis difficilis, & quæ magnam apud hæreticos conciliarat inuidiam, qui cum Cæsar's imperia detretarent, vi, armisq; opus esse per se notum videbatur; diuino tamen numini, cuius causam susceperat inixus copias paret, atq; Tillio clarissimo duci tradit, qui Magdeburgum inter ceteras Germaniæ munitissimam urbem intercipit, ac diruit. Cōmouebantur sectarij nuncio tantæ claudis perculsi, inter quos Saxonix Dux, & Brandemburgius Marchio, Ferdinando infensi, veteresq; hostes Austriacæ domus, atq; hæreticorum nobilissimi duces. Destinata Lipsia ad cōuentus. Ad sunt fere omnes sectarij Principes, vel eorum legati, in potentem Austriacorū ambitum, nō solum ad inuidiam nominis Germanici, sed ad iniuriam vsque processisse queruntur: non iam de Imperio agi, sed de libertate, & salute: innita fœdera; atquæ tot vniuersæ Germaniæ conuētuum placita á Cæsare turbari ad Roma-

*IX.
Germanici
belli causa
præcipuè,
honorū Ec-
clesiæ, resti-
tutio, habē-
tur Hæreti-
corum con-
uentus ad
Lypsiam.*

Roma-

Romanam Religionem suscipiendam contra
ius & fas maiorumq; statuta compelli, atq; adeo
actum esse de Augustana confessione, nisi huic
malo maturius occurratur. Ardet inter pocula,
& fecundiores calices mitissimus quisque, &
Romana Religio in Germania proscribitur,
atque Austriaca domus, cui semper fuit comu-
nis cum Religione fortuna in praedam destina-
tur.

Cum tamen colligati viribus diffiderent
auxilia externa asciscere statuunt, occurrit
oportune Gallia, & Regis familiarium inque-
tus animus. Suecię tyranum Adolphum Gusta-
bum scientem belli cupidum gloriae, atque in
integra aetate ingentes animos gerentem, tum
Religionis, & amicitie iure, tum magnarum re-
rum spe iniecta, ut olim Daniae Regem in Ger-
maniam euocandum curant, ut Gallico auro, &
Suecorum militia, & armis omnium desideria
in praestitutum finem dirigantur. Acquiescit ad sua
fata, praepoeris, Lipsiaco cętui Gustabus, atq;
in Germaniam quatuor dumtaxat millibus ar-
matorum descendit, & quasi fortunam perfen-
tisceret suam sectatorum copijs Tillianas ado-
ritur: fit atrox utrimque pugna Caesariani cassi
fregatique. Utendum victoria ratus, ut erat im-
piger animi, ac fama gestorum praecunte, Erfor-
diam

X.
Adolphus
Gustabus,
Suecorum,
& Gotho-
rum Rex in
Germania
euocatur
ab Hæreti-
cis, ac
belli Dux
constituitur.
Feliciter
cum Tilia-
nis pugnat.
Defuit à
Ferdinan-
do vniuersa
pene Ger-
mania.

diam inter præclaras Germaniæ vrbes, & Turingiæ caput occupare contendit, vt domitos, sed nondum pacatos à Cæsare Boemorum animos cõcitaret: res ex sententia successit Eifordiæ, vt victor excipitur equabili plausu: cõmouentur Bohæmi, Praga vrbs clarissima à Cæsare deficit; Slesia in fide nutat, ac tandem Pragæ exemplo in defectionem trahitur. Suecus his rebus erectus Germaniam penetrat: Fræconiam deditione recipit, atquè Gallicis subsidijs auctus, instar rapidissimi fluminis, quod claustra laxat, & ostia, vniuersam Germaniã prouoluit: fama & fortuna, quæ in summa fastigia illum erigebant, vt maiori casu præcipitarèt, vno eodemq; temporis momento potitus est Boiohemia, Slesia, Misnia, Turingia, Buehouia, Franconia, Sueuia, ab Austriaco Imperio deficientibus.

Enim vero Rhenanam Prouinciã, Boioariam, Alsaciãquè dum aggreditur, Catholici, exultantis audaciam coercere conantur, atquè eius fortunam, animo squè compescere; Ferdinandus subito malo perculsus, atquè pene vniuersi Imperij defectione concusus est, sed aduersus inconstantiam concussionem: siquidem Austriacæ domus vires, quæ solè é tanto imperio supererant colligit, atquè ea magnitudine
animi

X I.

Ferdinandus Sueco
occurrere statuit
adsunt Hispanica
ubsidia.

animi, qui toties tumultuantes sectarios perdomuerat, Palatinum, & Danum protriverat: Vagariam, Boiohemiamq; subiugauerat, Romanam fidem, & Austriacam domum vindicare statuit, & exultanti Sueco, qui victorijs potius quam passibus Germaniam peragrauerat, Frintladum Megapolitanum ducem fortantissimum, belloquè bonum (licet proditionis non leuiter suspectum) opponit, comitemq; Pappenheimiũ bellica gloria clarũ, accedunt Hispanica subsidia; Babaræ item vires refoctæ atq; per difficile redintegratur bellum.

Dum hæc subsidia parantur; atque sectario-
rũ tyrannidi, & fortunæ occurritur. Suecus ca-
tholicorum sanguine cruentus, rapinis onustus
in Religionem inuehitur: vt nihil non funestũ,
nihil nõ lachrimabile in Germania appareret.
Rapinæ, cedes, strages vbiq; vbiq; Romana Re-
ligio pessundata; templa direpta, monasteria
procisa; sacratæ Deo virgines constupratæ,
catholici omnes vel crudeliter cæsi, vel in exi-
lium acti, Episcopi à sedibus depulsi, multi
mortalium in reprobum sensum inducti, multi
vel specie tenus, vt tanta mala declinarent Lu-
thero, vel Caluino additi. Ingemuit Germa-
nia se totam Lutheranam, & Calvinianam cer-
nens hæreticorum feritate, & Gallicis consi-

XII.
Suecus in
religionem
sæuit, miser-
rimus Ca-
tholicorum
& sacrorũ
habitus, re-
ligiosi exi-
lio pulsi,
misere ex-
crutiati.

lijs. Ferreus sit, qui ad illam Germaniæ speci-
ciem pijsimo, & florentissimo olim imperio
lachrimis non parentet. Nihil vsquam fuerit
mali, aut diræ crudelitatis, quod Catholicæ
Germanorum vrbes, à colligatis hæreticis nõ
sint perpeffæ: pecunias atq; lautiozem supelle-
ctilem inuolat rapaciffimus quisq; in omne fas,
nefasq; auidus; non factro, non prophano ab-
ftinebat, cædes ftupris, ftupra cædibus immix-
ta: in templa, facraq; omnia atrocius sæuitum,
depeculata primum, mox proruta, plenæ cædi-
bus viæ, cruenta fora, Religiofi magno ftudio
conquirebantur ad carceres, ad verbera, ad lu-
dibria; quibus cum mitius actû eſt, exilio pulfi,
alij quibus felicior fors contigit inter ludi-
bria, & verbera extincti, eo vsquè progrefsa he-
reticorû sæuitia, & Religionis odio, vt in quoſ-
dam ex Societate IESV (quos vt Romanæ ad-
dictos Ecclefiæ vehementius deteftantur) no-
uo crudelitatis commento extractis é tergo re-
loris, quaſi de Catholicorum corio ludentes
acrius deſæuient, & ad extremum excoriatos
perimerent.

XIII.
*Catholici
tanta rerû
iniquitate
in reprobrû
ſenſum in-
ducuntur.*

Percuffis autem, & ablegatis paſtoribus
vtinam ouium grex diſpergeretur; atquè vim
luporum, quam arcere non poterant fuga de-
clinarent, ſed miſeri Catholici inter cædes, &

arma;

arma, & hæreticorum rabiem positi, veras, & spirantes lachrimas ab alienatissimo quoque non hæretico exprimerent: vna calamitatum declinandarum via, Religionis contemptus. Inter hæc nullus erat, qui firmaret nutantes, labentes erigeret, stantes solaretur, nullus qui agrotanti, & Sacramenta exposcenti assidèret, morientes expiaret, nullum denique auitæ Religionis vestigiū: hinc vulnera Catholicorum, & cedes; ibi cōuiuia hæreticorum, & popinæ, quantum luxurioso in otio his deliciarum, quidquid in acerbissima captiuitate, illis malorum, vt eosdem hæreticos, & furere crederes, & lasciuire.

Igitur dum efferos oculos miseranda Catholica Religionis specie hæreticus pascit; dū fortuna, & victorijs superbus in Italiam transitum parat, ad euertēda Romana iura; dū Hispano, & Catholica Religionī, vecordi arrogantia minatur, Gallici ministri proclinatam religionem, atque in Germania nutantem prouertere conantur, tantarumque calamitatum pōdere inclinatam propellunt. Cum enim vehementius dolent, vna in Austria domo Romanum imperium tanquam hæreditarium, perpetua tot Cæsarium successione ob firmari; atque in Galliam auertere sperant; Catholicam Religionem euertunt. Nequē enim assentiar quo-

XIV.
Sueco furēti in Religionē Gallici ministri adhaerēt, & prætexta Imperij libertate, Imperium afferant.

rundam, fortè inimicorū hominum subobscuris suspicionibus, qui in Gallicis ministris maius aliquod malum latere, atquè hæreticum animum gerere, lupumq; sub vestimentis ouium occulere suspicatur: ambiciosos citius dixerim quam hæreticos.

*XV.
Occurrunt
Cæsarianæ
copiæ cadit
Tilius ad Ra-
tisponā; cō-
currunt ad
Lypsiā, &
cadit Sue-
cus, & Pappenheimius.*

Interea dùm Suecus furit, & Gallici ministri, Austriæ domum vltimis malis destinant, & communem cum illa Ecclesiæ, & Religionis causam, Ferdinandi duces omni bellico apparatu instructissimi rebelles Prouincias recuperare conantur. Æquata primum belli fortuna; mox ad Cæsareos conuersa. Suecus, qui fama, & opinione Germaniam traxerat, mutata belli forma, virtute vincitur; eademq; felicitate, quæ defecerāt vrbes recipiuntur, bellicis furtis primum velitationibus, obsidionibus, res agitur; in quibus ad Augustam Bindelicorum cadit Tilius, ò dura fors, quantus, & qualis Dux. Deinde grauioribus prælijs varia fortuna: donec repente fato Suecus in Saxoniā venit, specie quidem, vt laboranti subueniret amico, re vera, vt superbas opes, quas templorum expilatione, & rapinis, Catholicis vrribus detraherat, in Sueciam transfugeret: ad Lipsiacum agrum concurrunt: adest Freislandus Cæsarianis copijs: Pappenheimius dimicantibus super-

superuenit, fit atrox pugna, & dubius Mars: donec vlciscente Religionis iniurias, & vindice numine, Suecus Rex glande traiectus cecidit, atq; tota illa fastuosa, & formidabilis machina manualis tormenti ictu proruta (vt sunt mortalium spes) collabascit, & qui in imperij iura, & Germanicas gazas adulante fortuna dominabatur, iacet alieno in solo, ad humanarum rerum exemplum mortaliumq; doctrinā. Nec incruenta Cæsarianis victoria amissio exercitus robore, & strenuissimo quoque, inter quos in ipso pugnae initio, curulis tormēti pila Pappenheimius discerpitur. Dux meliori fato dignus atque antiquis comparandus. Freislā- dus tanta victoria clarus Boiohemiam penetrat recuperata Praga Slesiam in fidem recipit. Misniaque pacata Saxonem, & Brandenburgium bello premit; atque de Lipsiaco fædere, & hæreticis actum esse videbatur bellumque feliciter confectum; ni Frieslandus Gallicis delinitus pollicitationibus cunctando, conniuen- do, ac multa causando, tantæ victorię cursum retardasset, & Gallica ambitio noua mala Religioni pararet.

*Freislā-
dus
cunctando
victoriam
interpellat.*

*XVI.
Gallia lu-
gubribus
vestibus in-
duta Sueco
parētat hæ-
reticorum
Dux succe-
dit Christia-
nissimus.*

Si quidem publicis gratulationibus indi-
ctis populi circa celebriora templa iere fre-
quentes, atque tota Catholica Religio diuinis

laudibus læta perstrepebat; cum Gallus solus mortalium ad tantam lætitiã mæret, & lugubribus indutus iustitiã indicit, tantæq; cladis dolore perculsus, diro Romanæ Religionis hosti (proh hominis Christianissimi pudor) hæretico fratrem voce vocato pijsimè parentat, à lachrimis ad arma conuersi Gallici ministri extincto Sueco duces hæreticorum succedunt, ò Religio! & federatorum labantem fortunam erigere, noua fœdera pacisci, antiqua refouere, Germanicum imperiũ ad Gallos auertere moliantur: dilectus militũ habitus, rei magnitudine erecta ardet Gallica iuuentus, promptissimus quisq; è Calviniana fœce in Religionem Catholicam fremit, augentur copiæ, atq; in Alsaciam Gallica vexilla primum penetrant laborantesq; Suecorum reliquias nouis auxilijs ab imminente periculo eximunt urbium munitiones, & præsidia obfirmant.

Deinde vt liberior esset, & expeditior in Germaniam aditus, Ducem Lotharingium inuadunt, atquè auito patrimonio exuunt vnã ob culpam, quod ministris non placet. Rebus in Lotharingia, & Alsacia profpere succedentibus, Gallus spe Germanici imperij illectus vniuersas Galliæ vires colligit, turpissimisq; molitionibus Ferdinandum cir-

cum

XVII.
Gallus Lotharingiã occupat Alsaciam petit.

cum ventum Austriacamq; domum euertere conantur, atq; in Italiam transitum parant.

Interea Hispanus de imperio, & Religione sollicitus, vt hæreticorum, Gallorumque ceptis occurreret, excellentissimum Ferieæ Ducem lætissimo milite, & copijs instructissimum ab Insubria in Alsaciam properare iubet, qui Nantium obsessam à Gallo, & pene occupatam, Lotharingiã recuperare, iter Hispanis ad Belgium interclusum expedire, Suecisq; Constantiam, & Brissachum obsidione prementibus obsistere conatur; sed dum Alsaciæ vrbes obsidionis periculo liberat à Suecis captas recipit, atque magno animi ardore aduersariorũ copias disijcit, melioris fortunæ spes, quas præclari huius ducis virtus, & constantia iniecerat, in matura, & tãtis Religionis processibus inuida mors acerbo eius interitu depulit, victoriæq; certissimæ cursum interpellauit; obiit, vt suspicio est veneno à perduellibus, quorũ cogitationibus maximè officere videbatur in cibos iniecto, atque paulatim vitalia corroden- te, magna animi ægritudine, quòd Religionem bellis implicitam, ac mirificè affectam pro animi magnitudine; vindicare per fata non liceret.

XVIII.
Ferieæ Dux
in Alsaciã
ab Hispano
mittitur, vt
Gallis, &
Sueciã oc-
curreret, at-
que vrbes
obsidionis
periculoli-
beret.

Præterea oratores ad Urbanum Romanæ
Eccle.

XIX.

*Hispani Re-
gis orato-
res Urbanū
Pontificē
advent.*

Ecclesiæ, & Religionis Antilitem summum mittit, per quos miseram Germanicarum rerū conditionem, hæreticorum exultantiam, Galliæ Regis familiarium ambitionem, atque grassantis Sueci exercitus tyrannidem exponat; ut tanta mala paternæ pietatis iure, eorū magnitudine commotus, tam spiritualibus, quam temporalibus subsidijs procuret.

*X X.
Quærellæ
Oratorum
Hispani ad
uersus Gal-
lum.*

Quæritur in primis de Galliæ Christianif-
simo, ac pijssimo Rege, qui inani quadam no-
uandarum rerum spe illectus in tanta Religio-
nis iniquitate, priuata commoda orbis terrarū
bono, & Ecclesiæ Catholicæ præferat incre-
mentis. deinde, ne importuna quadam, & exi-
tiali coniuentia conceptā in Germania ab hæ-
reticis flammam; à Rege Christianissimo enu-
triri, atque quasi flabellis quibusdam accendi
patiatur, enixè obsecrat, ac suppliciter orat pa-
terni muneris esse ad rectum tramitem à quo
proprijs commodis inseruiens, & familiarium
fuorū ambitioni indulgens deflexerat pro mu-
nere; atque auctoritate, quæ illi apud Gallum
summa est maturius reuocare; ne gliscente malo
tela, quæ in Austriæ domum contorquet, Ec-
clesiam ac Religionem euertant. Id præ alijs
ob oculos habendum Pontifici communem
esse patrem, & præcipuam Religionis curam
incli-

inclinatæque Ecclesiæ in ipsum recumbere: nõ de Imperij gloria, sed de Religione certari; turpe que videri Christianissimum Regem pro hæreticis ac tæterrimis Ecclesiæ hostibus pugnantem; at qui Romanum Pontificem hæreticis fauentem, turpissimum: occurrendum esse inimicorum liuori, qui Urbanum non modò facciosum, & contra tanti muneris conditionem, in Gallum nimium proclinantē, sed quasi hæreticorum conatus fouentem, petulantius proclamant.

Enim verò Urbanus in Austriacã domũ nõ omnino propensus, causatus de Imperio esse Franci, & Ferdinandi, concertationē, his Germaniæ cladibus parũm, aut nihil commoueri passus est; tamen vt Religionis studiũ sibi cordi esse ostenderet, Ferdinando pro Religione pugnantem quinquaginta aureorum millia enumerari iussit, ea tamen alienatione, vt nutantis animi motus, qui ex toto fallentia signa edere nõ possunt, apertius in frontē incurrerent, atq; planè ita Urbanum Religionis causam procurare ostenderent, vt eum ab Austria gente satis alienum profiterentur.

At dũ Hispanus Cæsarque ad imminentiã bella se parant, vt ineunte vere Hæretico-christianissimam conspirationem funditũs eueriãt,

XXI.
Pontifex parum mouetur, negat Religionis causa bellum exortũ, etsi Cæsari pecunia subuenit.

XXII.
Freislãdus post detestam proditiõẽ occiditur.

D

æternæ

æternæ mentis numen, atque consilium cuius nutu ac providentia vniuersa pariter ac singula gubernantur pro Religione, & Fide Catholica pugnanti Ferdinando, noua quædam scelerum indicia ostendit, & imminentium periculorum signa patefecit, quæ dùm acriori sagacitate discutit, atque sapientissima solertia prudentissimè persequitur, se flagitiosissima Freislandi Ducis proditione circumuentum, ac Gallicis artibus dolisque turpiter captum sensit, quibus non minus fortiter quàm feliciter occurrès perduellum Freislandum sceleris conscientia vincula detrectantem ad Egram Boemiæ interficit.

XVII.
In perniciem fœderatorum & Religionis tendunt motiones Gallo-
rum.

Hęc est Germanicæ facies, & Religionis habitus cum Gallici ministri Germanicos motus fouent, & Urbanus ministris fauet, atque vtrique in Austriæ domus euerfionem conspirant. Ut autem eius potentiã, vel impotentiã, vt ipsi loquuntur vnico impetu frangãt, in fœdus & armorum societatem, præter omnes hæreticos Austriæ & Religionis infensos, Arglum, Venetum, Italiae proceres, & quo nihil turpius excogitari potest, Turcam ipsum truculentissimã belluam, & ad Christianæ Religionis perniciem natam, magis pollicitationibus adsciscere conantur. Ergò breui, atque dilucida disputatione totam hanc ambitiosam Hæreticochristianissimam

nissimam conspirationem in orbis terrarum, & ipsorum præcipuè fæderatorû perniciem vergerè, atq; in Religionis ruinam collimare, ac proindè sacro profanoque iure damnari luculentius exprimemus: Atque imprimis Gallicæ ambitioni detrahenda est persona; ac prætexta hæc speciosa libertatis vocabula retexere placeat.



S. Secundus.

Gallicæ ambitioni, libertatis

Persona detrahitur.



IDEMVS Hæreticochristianissimam conspirationem, Gallos, Germanosq; fœderatos, specie quidem, vt Romanû Imperiû perpetua tot Imperatorû successione, in Austriaca gente quasi hæreditarium, in Germanicam libertatē vendicent. Hic fœderum obtentus finis: quis tamén vnquam alienum seruitium, & dominationem sibi concupiuit, qui libertatis dulcissimum nomen, & eiusmodi alia speciosa voca-

I.
Fæderati
asserūt ideo
conspirare,
quod Au-
striaci Im-
perium ve-
lint hæredi-
tarium.

bula non vsurpet. Cæcus tamen sit, qui diuer-
 fas foederatorum mentes & commoda; quibus
 ad arma pelliciuntur, pulchra hac specie obue-
 lata non transpiciat, ac nihil minùs foederatos
 ad arma trahere, quàm hanc prætenfam, emen-
 titamque causam, certissimum iudicet. Quis
 enim tyranicum, atq; armis oppressum deplo-
 ret Imperium electorù liberis suffragijs adep-
 tum? & quis armis libertatem illam vindicari
 arbitretur, quæ suffragio inest?

Vidimus Imperium in Saxonica domo per-

II.
 Exemplis
 suadetur
 pro Aus-
 triacis, de-
 sumptis à
 domo Sa-
 xonica.

petua Imperatorum, creatione Henrici primi;
 qui extincto Caroli Magni sanguine primus
 nobilitatis suffragijs electus est: Othonis Mag-
 ni eius filij: Othonis secundi filij primi, & ter-
 tij, filij secundi, & Henrici secundi, ex eadem
 gente licèt ex diuersa familia, scilicèt ex Hen-
 rico Magni Othonis fratre, & Henrici primi
 filio, nec tamen in seruitute fuisse Germani-
 imperium tunc tēporis vllus vsquam que-
 ritus est; hoc sine sobole decedente, Conradus
 Francus creatus est communi Germaniæ suffra-
 gio: subsequenti Henricus filius, viuentē patre
 Henricus alter Henrici filius, qui adhuc cate-
 chumenus patre procurante, Romanorum Rex
 renunciatus est, & tamen nunquam his tempo-
 ribus libertatem suam iuxit Imperium, quan-

tò libe-

tò liberiora, apud Austriacos, electionis iura.

Carolus Quintus, & adolescens & absens post Maximiliani obitum, egregia iuuenis virtute procurate contra, profusas Francisci Galii largitiones, còmuni septemvirorum consensu creatus est. mox alij non minori suffragiorum libertate: imò, & Albertus Belgicus occurrit, in quo vel illud maximè prædicandum, potuisse imperio vltro oblato sine sanguine, ferroque potiri, & noluisse, adeò de violando suffragiorum iure nõ erat sollicitus, vt contempserit imperium, quod virtus meruerat, vt iam nullus nesciret illum maximè fuisse imperio dignissimum.

IV.
Carolus V.
non fuit sollicitus de violando suffragiorum iure.

Sed quid iam moror, ad Ferdinandum nostrum veniamus an extorta, vi armisq; suffragia in imperij fastigium euehere? planè coactã opinor eius erectionem: sed ea violentia, qua virtus à viro bono laudem extorquet: non defuit ambitus: sed quo in virtutem se immittit, & illam vltro ambit honos; pietas enim constantia, factorum gloriaque fecit: vt oporteret Ferdinandi delictio; viros Germaniæ, & orbis sollicitos ita devinxit, vt alium nisi Ferdinandum eligere non possent. Hæ sunt Austriadum violentiæ? quos etiam fugientes sequitur imperium, nunquã ergo magis libera electionis iura.

V.
Ferdinandi electio, etsi per coactionem iusta fuit.

V 1.
 Cōtra præ-
 textam li-
 bertatē ni-
 hil persua-
 dit tot Im-
 peratorum
 Austria cō-
 tinua suc-
 cessione.


At quī libertatem Imperij labefactate vi-
 dentur perpetuē tot Cæsarum ex Austriaco
 stemmate creationes, sed quis vitio vertat stūpi-
 clarissimę multos Imperio dignos progermi-
 nasse? an qui pulcherrimo virtutum omnium
 choro spectabilis, Imperio maximē dignus ha-
 betur? quem Roma sibi Regem cupit? quem
 sceptrā ambuint? quem orbis adorat? ex eo in-
 dignus erit iudicandus, quod ex dignissimis, &
 maximē sibi similibus parentibus nascatur?
 absit. Nequē enim putandum est, filij post pa-
 trem electionem antiquam Imperij libertatem,
 vel leuiter labefactare, cū in ipsa in auguratio-
 nis forma sacri Antistites in sacris illis preci-
 bus, illud præcipuē solemniterquē inter alia
 comprecantur, *ut Reges quoq; de lumbis Impera-*
toris per successiones temporum futurorum egredian-
tur, quo vno solo luce meridiana clarius ostē-
 ditur non minus ineptā, quā e mentitam spe-
 ciem ad fædera prætere, eos qui id vnum, ut
 finem iniquæ terrarū orbis perturbationi præ-
 texunt, ne optimē meritorum Imperatorum
 clarissimo sanguini electione Imperium defe-
 ratur: inuidiosa suspitione iniecta, ne ob id vi-
 deatur quasi successioni deberi. An Sarmatæ
 feruitutis patientissimi, qui per tot sæculorum
 longissimas series è Iaielona domo perpetua
 electione

electione Reges constituere, vel quis timeat perpetuitatē Imperij favore mortalium adepti; cum ferè innata naturæ nobilitate, non diū eundem affectum tenere possimus? displicent concupita, quia placuere diu, nec acrior odij stimulus quā inueteratus amor esse potest; eum semper nos fastidijs veterum teneri videamur. Aspice hos ipsos Sarmatas, per tot sæcula lajelonijs fauentes, qui eorum pertesi Henricum Gallum Regem renunciarūt, voluimus & vertimur, & graues nobismetipsis sumus, nihilque perpetuum est, quod ex hominum studio nascitur, atque adeò Austriaci, qui hodie Germanis placent, cràs displicebunt.

Facebant ergo inanes hæ & eumentitæ species, & Gallicis dolis personam detrahimus, inuidiosis, atque speciosis coloribus depictā; & non solū diuersa, sed his, quæ prætexūtur opposita videbuntur, colligatorum studia, atq; meridiana ipsa luce clarius apparebit duplici, sed affini morbo (ambitione scilicet, & Religionis odio) dirigi funestam hanc Hæreticochristianissimam conpirationem. De Religionis odio in Hæreticis quis dabitet, cum infensissimas quisq; eorum, Ferdinando acquiesceret, si spreta Ecclesiarum, & Religionis causa, proprijs Austriae domus commodis, tantum prospici-

VII.
Præiudicare libertati hæretici mentiuntur etsi gallici vulgent.

prospiceret, si Ecclesiastica sacerdotia ab illis impié decocta non repeteret, si vel leuiter Romanæ Sedi infensum Urbanique se aduersariū profiteretur: de Gallica vero ambitione ille dubitabit, qui vel oculis fidem ademerit, vel qui Megapolitani ducis Freislandi turpissimā proditionem penitus ignorauerit, vel qui Gallum olim acerrimū Hæretico-mastigem Christianissimum; Austriae domus affinem, cum Hæreticis conspirantem non viderit. vt Austriae domum euertant, libertatem præferunt Imperij, & dum specioso illo nomine latentem intus ambitionē contegunt, armis & turpissimis dolis hanc ipsam quam prædicant libertatem agrediūtur. Quam autē inanes sint, Gallorum ambitione, turgentis spes, atquē quam irrita in Religionem, & Imperium conspirantium impia hæreticorum consilia, quanta fæderatorum incommoda paucis ostendamus.



S. Tertius.

Spes Gallorum inanes,

eorumq; infirmitas detecta.

I.
Iactantia
Gallica, &
vires emē-
tita dete-
guntur.



R G O priusquam de colligatorū in-
commodis disputo operepretium du-
xi res

xi res Gallicas non nihil explicare, vt manifestius appareat, quam infirmo fundamento infana hæc rerû moles nitatur, ne vmbratili quadam virium, & potentiaæ specie inaniq; armorû strepitu delusis Gallica iactantia, & mentitum robur imponat. vt enim in morbis periculosisimi illi habentur cum languida solis, & stellarum vis, ad inmutanda corpora humoresq; commouendos maximè idonea; commotos in vapores agere non valet: ita plerumque in bellis, illa præcipuè in communem bellantium perniciem suscitantur, cum impotens alicuius ambitio, supra vires, & potentiam effera, ad omnia miscenda, & perturbanda aptissima, ea commouet ad quæ perficienda, neque vires suppetunt, neque consilia. Quod in bellis civilibus oculis quisq; facilè percipiat: si ergo magna bella sine certissima victoria spe suscipere stultum est, quantæ erit dementia potētissimorum aduersariorum iram, & arma ab imbecillioribus vltro prouocari?

Enim vero nullam victoriaæ spem Gallicis conatibus oboriri, atque id vnum agere Gallum, vt bella prouocet, quibus perficiendis est impar faciliûs probabitur, quàm, quod facillimum. Nam in primis Galliam proprijs viribus, ad tantam belli molem, non esse aptam ex se se;

II.
Bella commouet Gallus, quibus impar est.

E

mani-

manifestissimum est. Siquidem omnis armorum vis & potētia, multitudine constat bellantium, pugnaci Martiaque militum natura; & quod in diuturnis bellis caput est, pecuniæ opumque affluentia: quæ omnia Gallum, vel omninò deficient, vel maxima ex parte in illo detrita videntur, atque temporum iniquitate sædata.

III.

Gallia potens multitudine.

Et in primis quantum ad multitudinem attingit, nullus inficiabitur Galliam, mortalium refertam multitudine, ac præpingui foecundoque solo, non minorem hominum, quam spicarum copiam fundere, ita ut recensitis sub Henrico secundo Gallis, vigintiseptem millia opidorum fuerint censa, turribus cōspicuarum, & mox sub Carolo. IX. supra 15. milliones mortalium. nihilominus tamen florentis Galliæ, luxuries, intestinis bellis adeò detonsa est ne dicam deformata, ut (si Gallicis scriptoribus habenda est fides) non integro decenio dum Caluianus quidam Curia Parisiensi præest duos mortalium milliones Gallico furore, & ferro extinctos Francia lugeat inter quos ipsa robora.

IV.

Gallica nobilitate deficiente parum fides Gall' in reliqua multitudine.

Accedit quod ex Gallica disciplina nobilibus dumtaxat arma tractare fas sit, unde reliqua populi, inbellis multitudo potius est ad victimam, quam ad pugnam. cum ergo intestinis malis quassata Gallia arma in se cōuerterit, atque

atque ciuium sanguine madentia vix deposuerit; propemodum necesse est, vt vniuersa nobilitas, & strenuissimus quisq; desideretur. Quare si numerosiores copias conscribere parat, illas ex inbelli multitudine collectas, atq; nihil Gallicum præter vexilla ferentes pugnacissimis nationibus trucidandas obijciet. Constat ergo nihil esse timendum à Gallica multitudine, qui enim fieri potest, vt illa fretus turba Gallus Austriae domum martijs, atq; efferis nationibus dominantem adoriatur? cuius viribus diffusi extero milite conductitioq; contra Carolum Cæsarem, & Philipum Secundum, priores Reges Galliam propugnarunt.

Ex his ergo, facile quisq; percipere potest, quam misere detritus sit Gallicus ardor, atque adeo quam infirma sint à militis robore petita subsidia: siquidem bellicæ virtutis gloriam, quam æquitati Gallico egregia maiorum facinora pepererant, pugnante, imò, & vincente in quolibet natalium splendore, erectus è mercatura miles, ac plebeius eques turpiter denigauit: ita, vt non illustrissimas nobiliū alas; sed imbellem turbam equitandi imperitam, & vilitate sua pænè deiectam, animoque deiectam speres, & inanem solum Gallici equitatus speciem. Quare numerosos exercitus for-

v.
Exercitus Gallorum si è plebe deligatur, numero -- sus erit, sed inutilis.

san conscribet, milites paucos. Sed ne ad ostentationem quidem multitudinis, magni dilectus haberi possunt, diuturnis morbis, atque pestifera lue deuastatis Gallijs.

V 1.

Bellicus apparatus, sub Francisco, maior in Gallia quam hodiernus.

Vt autem quæ à nobis de numero, & virtute Gallici militis disputata sunt, manifestius appareant: placuit Francisci Primi Italicam expeditionem describere; qui maiori, quam vnquam antea, milite, & bellico apparatu, superiores Gallia Reges Italiam inuaserint; ineundum bellum existimans, ingentem equitum multitudinem, tota Gallia, conscripsit. Nemo enim (vt tradunt Historici) paulò notior eques, vel superiorum temporum beneficiarius fuit, qui vllum, aut ætatis, aut priuatæ rei impedimentum, quominus nomen daret, satis dignam vacationis causam existimaret, quod tunc temporis facile fiebat, quoniã Galli Religione consentientes, & sectarum studijs nondum diducti, non modò regibus suis enixe parebant; sed eos, vt mortalibus augustiores, venerabatur. censa sunt circiter 4. millia cathaphrastorũ equitum: leuis autẽ armaturæ ad 8. millia. Pedestres vero copias, tãtas vbiq; terrarum, quantas nemo, tẽpestate nostra; aut Rex aut Imperator, vnis in castris, habuerit; ingenti mercede conduxit. Cũ tamen nullus Frã-

CUS

cus in tanta multitudine inueniretur, exceptis quibusdam cohortibus quas Petrus Nauarrus in Aquitania conscripserat: ergo si in summa virium contentione; atque flagranti, Regis, & belli studio, Gallicus apparatus 12. ij. equitum summam non excedat, qui fieri possit, vt nondum satis pacata Gallia, sed intestinis odijs, ac Religione desidens, Regique malefida; tantum militum vim in signa conscribat?

Sed esto, Gallici exercitus multitudo, numero Francisci copijs, sit non impar; an superioribus bellis deleta nobilitatis flore; ex infima plebe vilissimi, quiq; non erunt ad militiam euocandi? Quis ergo videat in Gallicis equitibus Gallicos spiritus; quin potius formidandam olim militiam degenerem, & restinctum ardorem? Galli etenim, qui præ cæteris mortalium gloria aguntur, maiorum suorum memoria vehementius ad ardua quæq; concitantur, igitur nullus tanti faciat Gallicam multitudinem, aut virtutem; vt illi inixus tam insanas bellorum moles erigere audeat; atq; potētissimos Reges gentesq; pugnacissimas; ac victricia semper arma prouocet, nisi proprio malo, & periculo.

Sed agè dùm viuat, vigeatq; in Gallicis pectoribus præferuidus maiorum ardor; nec

VII.
Demonstratur, conuatus Galli in cassum tendere ob degenerem militiam.

VIII.
Imprudenter irrueret Gallus in Austriacos inutiliterq; ad Italiam descenderet, etiamsi delectus è nobilitate fierent.

vacet numerus; vecordis audaciæ erit his viribus duos potētissimos Principes, (Imperatorem scilicet, & Hispanum) laceffere, quibus, Italiam nō satis sibi cohærentem, atque externo destitutam præsidio perdomare non licuit. Testis erit Carolus Octavus, qui ab Insubriæ duce euocatus, Gallicas vires in Italiam transmissit, atque adulante fortuna Neapolitanum Regnum sine sanguine peruasit: at qui inter victoriæ gratulationes, & Venetos triumphos, nihil in Galliam retulit, maioris emolumenti, quàm quod posteri didicissent: *Gallos in Italia vincere posse, victores tamē esse non posse.* Siquidem, vt sunt labiles humanæ felicitates & fluxæ; eodem prorsus temporis momento, quo Venetos ad Tarrum vincit, Italia seruitutis iugum, quod tantō strepitu perterrita susceperat, excutit: atque victus, Rex Ferdinandus victori Gallo Neapolim extorquet. Taceo Ludovicū ab Hispanis totiès eiectum; Neapolitano Regno expoliatum; Frānciscum in Insubria victum, captum; ac denique perpetua victoriarum serie Gallos ab Italia totiès excussos, quotiès eius expugnationem fuerunt aggressi: Quis ergò his viribus, si ab exteris fæderatorū subsidijs Galliam diuellas, tantos conatus ad fastigium vsq; perducere posse non desperet.

Sed

Sed iam accedamus ad opes Gallicas, quarum magnitudinem multa testantur, sed præcipue illa, quam memorauimus Francisci primi expeditio, in qua ad sexaginta conductitiæ cohortes: tormentorū autem tantā copiam, comparauit, quantam duobus iustis exercitibus satis esse constaret. Fuit bigarum carroūq; pene infinitus numerus, quibus omnia bellica instrumenta conuehebantur, tantusque horum omnium apparatus, ut 5. mille equorum perpetuo labore vix traherētur: accessere his ad tria millia agrestium hominum præter calones, & lixas ad sternendas vias mercede conducta. His ergo insanis sumptibus Gallica felicitas abunde suspeditabat, siquidem præpingui gleba beata; omniū fructuum tā vberem copiam fundit multiplici prouentu; ut Ludouicus Vndecimus sæpius vsurparet Gallias instar floridi, ac vernantis prati gemmę à quadā varietate collucentis esse; cuius flores ipse pro lube dine decerperet. & Maximilianus Imperator; Gallię Regem, aurei velleris pinguisimiquę gregis pastorem vocabat, quem prout collibisset detondebat. Quæ omnia dūm Gallia floruit, non hiperbolice dicta, sed veritatis iudicia erant, atqui postquām factio forum Hæreticorum sæuitiam experta est; atquē singularis

ferus

IX.
Potens olim Gallia
opibus, milite, agro
hodie penitus extin-
cta.

ferus teterrimus naturæ hostis Calvinus, depastus est eam; ac perpetuo tot annorum bello in omne genus mortalium, & Religionem sævitum: tot perpetuis cladibus misere deturpata squalet, & quæ ad tres auri milliones, à finitimis nationibus, mercatura fugebat vix vnicum quasi precario corrogat, vt quisq; facile percipiat, quanta Gallicarum calamitate letissima quondam prata Hæretica locusta depopuletur cum erodendi famelica rabie, non modo eius gemea varietate distincti flores absumpserit, verum etiam illud viriditate graminis totoque foliorum honore expoliauerit.

X.

A temporū serie computantur vectigalia Gallica, vt demonstratur impotentia ex cēsu Regio.

Accedunt in tanta temporū iniquitate aucta vectigalia, vt pene incredibile sit, tā breui temporis spatio, in tantam copiam euasisse Ludouicus Vndecimus, auri millionem, & quingenta millia aureorum, ex vniuersa Gallia percipiebat, Franciscus Primus ad tres milliones auxit. Henricus eius filius duplicauit, ita, vt annui redditus ad sex milliones accederent; & quod miserè Galliam diu exausit viginti sex milliones æris alieni moriens relinquit, siquidem, vt Carolo Quinto, & Philippo eius filio occurreret, sumptibus supra cēsum auctis, verfuram facere coactus, auctoq; in dies fænore vniuersæ Galliæ opes effundere visus est. Mox

Caro;

Carolus Nonus, & Henricus Tertius, vt se à tanto incōmodo explicarent, omnes vias colligendæ pecuniæ tentarunt; auctis sub Henrico supra decem millionum vectigalibus, nihil autem Prouinciæ grauius quam nouę artes miserose emungendi, atq; extenuandi Prouinciales. Quare tam iniquis vectigalibus, census Regis in immensum creuerunt, exsuccà, & sine sanguine relictà Prouintia; quæ Henrici IV. tempore intestinis, & externis bellis acerbius vexata est.

Nec sub Ludouico XIII. perpetuó bellante; atque Montalbano Rupellamq; armis repente; respirare licuit: cum nulla in reipublicæ parte, procuranda tanta vis insumatur pecuniæ, quàm in bellico apparatu. Accedant Hollandicæ profusiones, & hæreticorū fomenta, in quibus tanta vis auri profusa est; vt fidem omninó excederet; nisi ex subductionibus Regij quaestioris, quasi auertisset Regiam pecuniam, ad ius vocati, & se apud Henricum I V. purgantis: decem integros auri milliones subsidiario munere Henrici ipsius tempore ab Hæreticis perduellibus acceptos, ex tabulis publicis liquido constitisset. Videant ergo qui Gallicas opes iactant, atque ab vbertate beatissimæ Prouintia, eius vires formidandas prædicant; quàm vano,

X I.
Ludouicus
X I I I. in
hæreticos
bellagerens
& Hæricus
Hollandos
fouens æra-
rium exau-
riunt.

F

atque

atque infirmo fundamento, tantarum molitionum ruituram machinam imponant, atque, ut verissimum constet Gallum proprijs viribus tantum bellum conficere non posse.



S. Quartus.

Conspirantium vires,

Huic bello impares.



I.
Tenuiores
Principes
in propria
perniciem
fæderantur
ut præpo-
tentem cõ-
pescant.

UPEREST iam, ut difficiliorẽ disputationis partem aggrediar, atque non obscuris rationibus colligatorum vires tantis molitionibus impares ostendã. Et imprimis, licet non assentiar his, qui expensis acriori examine omnium rationum momentis, elegantissima disputatione omnes fæderatorum colligationes in uniuersum improbant, eas tamẽn probare nõ possum, quæ à tenuioribus principibus confici solent, ut formidabilem sibi potentiam frænẽt, atque secundio rem aliorum fortunam compescant, qui tamen sub e mentita quadam, & quasi seducta cõmuni, boni species proprijs commo-
dis

dis infernientes, id vnum agunt, vt sibi consu-
lant. Cúm enim sua trahat quemq; voluptas, &
commoda: propè modum necesse est; id mul-
tis, nedùm omnibus, commodú non esse; quód
suauius alteri blanditur, atque illum in partes
trahit.

Ergò necessum erit quemq; in diuersum fi-
nem dirigi; atque, dùm verbis cohæret, animo
dissidere. Hinc suspiciones; querelæ, atq; è qua-
vis causa, apertæ defectiones; dùm aliorum ne-
gligentiam, aliorum socordiam mordēt alij:
dùm sibi quisq; prospicit, & in illam partē ar-
ma commouere cupit, quód sibi arbitratur fore
vtilissimam. Quare si quis attentius contēple-
tur erigendæ colligationis finem, & executio-
nis momenta, normamq; directionis perpendat,
facilè perspiciet finem illum, nomen esse re-
rum casum; & ad speciem inanis cuiusdam bo-
ni compositum; multaq; non modo diuersa; sed
omnino contraria, sub illa vna specie, consilia
latere. Ex quo fit, quód ille primus pacta re-
figat; qui proprium commodum, quód specio-
so illo nomine obtegar, fuerit adeptus.

Vidimus hoc, vt alia tacitus præteream, in
Ferdinando Magno; qui, Anglicis armis in
societatem vocatis, dum sub honestissimæ spe-
cie, despectæ à Ludouico II. Religionis vin-
dican-

II.
*Inter opti-
mates fede-
ratos, &
principem
potentiorē
non durant
diutius fe-
dera.*

III.
*Primus fe-
deratorum
qui occu-
pat partem
sibi cōmo-
dam, alium
deserit.*

dicandæ, Anglus Aquitaniam; Hispanus Vasconiam occupandas præstituunt; cum primum, occupata Pompelona; voti compos evasit, parum, aut nihil de sociorum commodis curavit, imò vero nequidquam reclamantem Anglum aperte deseruit, hoc vno dumtaxat nomine excusandus; quod si Anglus eius celeritatem prævertisset; eandem prorsus intulisset iniuriam. Occurrebant hic referenda Venetorum fœdera, quibus receptis viribus quas amiserant, socios deseruerunt, sed adeò manifestæ res hæc apparet; ut cæcus sit, qui eam non videat, & fatuus, qui longiori disputatione confirmet.

IV.

Fœderatorum diuersa studia impediunt bellum confici.

Igitur ex diuersis colligatorum studijs plerumq; euenit; ut effectus, tantæ fœderum molitioni, nunquam respondeat: & vero si quando faustis initijs, fœderata arma, bella suscipere, subridens fortunæ illa felicitas durabilis non fuit, ad propria commoda descendentes fœderatis; ut vix vnquam reperies, si monumenta cōsulas antiquitatis, illustre aliquod bellum, fœderatorum armis confectum.

V.

Exemplis confirmantur axiomata.

Videamus Græciam fœderatâ pugnacem; vnâ, dum cōmunis metus, ad cōmunem propugnationem concitat; sed disiecta mille naviû classe fugato Barbaro Rege; cum metu quoq; fugit cōcordia, &

dia, & Salaminia victoria, quæ metu Græcum soluit & fœdera: cū non eadem essent in persequenda victoria colligatorum commoda. Sub Alexandro V I. potentissimi Europæ Reges Hispanus, Gallus, Lusitanus, & Venetus arma, ad compescendam Turcorum audaciam, fœderibus firmant: sed irrito conatu, dūm aliorum commōdis quisque serius prospicit, proprijs intentus: sub Paulo. III. & pacta ab Imperatore & Veneto fœdera; & refixa pene eodem temporis momēto. Sed quis iam fœderibus aliquid tribuat, postquam Lepanticam victoriam adepti, atque ad magnas rerum spes, quibus Turcicum iugū, ex Græcia excussisse videbantur erecti, quasi intestino percussa naufragio victrix illa classis subsidit, & turbatis fœderibus spes nostras euanuisse vidimus in ipsa victoria.

Ex his ergo, quæ inconcussa politicorum axiomata habentur, propositum colligamus: atq; adeo videamus, vtrum eadem sint, in hoc fœdere, colligatorum consilia. De Gallo quis ambigat Insubriam, atq; Neapolitanum Regnum eius esse suspiria, quæ facilius occupanda fore sibi persuadet, interturbatis Germanis, atque Belgico, bello Hispano impedito. Præterea vt detestandæ proditiōnis molitiones ostendant, Imperiū ambit, & licet per Caroli IV.

VI.
Differunt
Gallorum
cogitationes, à modo politico Germanorum, & Sialorum.

decreta in aurea Bulla, ab Imperio maneat exclusus (vt apertius quisque intelligat, in quo euigilent curæ, & cogitationes eius) Imperij iura, tunc maximè perturbare conatur, cum ad illa propugnâda, se arma profitetur suscepisse, atque absoluta, vel inania quædam iura ostentans, tot sæculorum serie stabilitam Germanicam gloriam, in Gallos auertere non obscure contendit.

VII.

Diuersus est Gallus à Germania federatis in Religione, & desiderijs, sicq; discordes erunt.

Germani verò superstitosâ Luteri, & asecularû Religione in arma concitantur. Nonnullis etiam Imperij iniecta spes, atque cupido suauius blanditur. quid ergo potest excogitari, his consilijs, atque cogitationibus disiunctius? Ecquis in tanta studiorum cõtrarietate, nedum diuersitate, concordiam, diuturnumque nexum speret? ergo necesse est vt irrequietus ipse temporis lapsus horarumque momenta, malè contextam hanc fæderum molem diruant, atq; proprijs cuiusque commodis, quasi machinis quibusdam impetitam.

VIII.

Vique quò substincentur fœdera Galli & Germanorum.

Eatenus enim rata habebit Gallus, quatenus vel (vt olim Henricus Diuiodurum, Mediomatricorum, Virodumum, & Tullum liberæ Imperij vrbes) aliquam non exiguam Imperij portionem occupet, vel expeditiorem in Italiam transitum paret. Germani vero Hæretici,

tici, qui Catholicum Imperatorē detestantur; atque Religionē Catholicam ab vniuersa Germania longē exulare desiderāt: Gallicum praesidium ad hoc exposcūt, vt Gallicis armis tecti proprijs rebus, ac commodis consultius prospiciant. vt vidimus in Argentina ciuitate, quæ superiorib⁹ annis, deditiois spe iniecta, Gallica auxilia pellexit, quibus tãdiu vsa fuit, donec votorum suorum compos euaserit, ac deniquè spe depulsos Gallos nō sine dedecore remisit, nihil ergo in Hæretico-christianissima conspiratione firmum.

Quæ cū ita sint in Germanico fædere, eandem prorsus vim in Italico obtinere videntur; quod, vt statim ostendamus, nihil aliud præter vniuersæ Italiae perniciem machinatur; atquè adæquatus quisque erit principum Italiae, qui, vel nouandarum rerum cupidine, vel maiori aliqua iniecta spe Gallo consocietur.

Excipitur Pontifex Urbanus, qui vt aliqui eius gloriæ detractores teterrimè disputant, domum, nisi ex aliorum ruinis erigere posse desperat; atque exemplo Alexandri VI. Pauli Sexti, Clementis Septimi, & aliorum, in Italiae perturbatione, magnitudinis suæ, nepotumquè gloriæ spes omnes collocat, vt suæ domus opes, vel malo publico vehementius, augeat

I X.
Vti Germania, Italia quoque imminet perniciæ sex his fæderibus.

X.
An ex his perturbationib⁹ erigi possit domus Barbarina.

augeat, possent tamen lividi isti detractatores, ex ipsis, quos memorauimus didicisse, quàm fluxæ sint omnes spes, & incerta prouidētia. Vidimus enim Alexādrum, Carolum, quem ascuerat, deserta vrbe fugientem. Clementē post vrbis excidium captum, Paulū ad Albani duccis copias, & milites, qui prope Romana mœnia circumvolitabant, cū tota curia trepidantem.

XI.

An optimates Italiae aliquod commodū sentiant ex augmento domus Barberinae.

Sed esto ita sit, quod imprudētissimi homines, sanctissimo Patri imponunt, atque (quod Deus auertat à supremo Antistite) vincat timorem libido, inataq; mortalibus ambitio, vigilantissimo sanctissimoq; Patri in oculos obuelet, vt Italiae ruinam imminentiaq; orbi ab his fæderibus mala non videat. Quid Veneto suauissima pace fluenti, & superbis opibus beato, atque fortuna gaudente sua; cum Vibani cōmodis, charissimiq; Thadei augmētis & gloria? Quid Liguri, in toga beatissimis Hispaniae gazis, potito? Quid Etrusco, prædæ ac mercaturæ intento? Quid deniq; Italiae cum erigenda Barberina domo? plane nihil?

XII.

Aliquorū faderū inutilis, & infelix exitus.

Si ergo fædera illa infirma habentur, quæ communi aliquo fæderatorum utilitate non iciuntur, neque diuturna existimari possunt, quando sub communis boni specie commoda fæderati

fæderati aucupantur, necesse est, vt Italica in quibus nullo alio minus, quàm communi bono prospicitur, sed quisq; proprijs priuatissq; commodis inseruiens in illa trahitur omnino sint infirmissima. Possem hic percensere Italica fædera, sed ne Italica tantùm damnemus, vellim meminerint, quinam fuerint Caroli Octaui, & fæderatorum exitus, ridentibus inijs? Ludouici XII. Francisci I. Henrici II. & reliquorum Galliæ Regum; qui ad expellendũ primum Aragonios, deinde Hispanos, cum Italicis Principibus conspirarunt? vel videant alia firmiora; anno 1559. fæderati sunt contra Carolum Quintum, Danus, Saxo, Cattorum Princeps, Boioariæ Dux, quidam ex Ecclesiasticis Principibus, Hansaticę vrbes cum Sigismundo Polono, sed quanto opere pretio? anno 1552. vidimus Henricum Gallum, Sueciæ Regem, Brunsvicum Ducem, Cliuiæ, Audantiæq; Principes fæderatos, sed nullo prorsus maiori. Sed quid iam moror: euoluantur historiarum monumenta, dispeream siue vna reperiantur huiusmodi fædera, quæ diuturna fuerint, vel fæderatis proficua, constet ergo nullius esse roboris fæderatorum vires, nec tantæ mollicioni pares, præcipuè aduersus potentissimos, & ditissimos Principes Hispanum

G Regem

Regem Imperatorem, & quidquid Catho-
licum est in Germania, de quorum firmissi-
mo fædere, atque Germano Hispanicorum ar-
morum iam disputo.



S. Quintus.

Firmissimum Hispano-

Germanicum fædus.

I.
Indissolubi-
le consan-
guinitatis,
& amici-
tiæ vincu-
lum, vni
consensio,
cõmunisq;
potentia, in
ter Hispa-
niã, & Au-
striaco-ger-
manos.



V M autem nihil non infir-
mum, nihil non fluxum,
nihil prorsus durabile in
Hæretico-Christianissima
illa conspiratione perspi-
ciatur, nihil non firmum,
nihil non stabile, nihil non
durabile, constantiaque sua diuturnum in His-
pano-Germanicis armis recipere est: inmerito
enim federatos voces, quos eadem sanguinis, &
Religionis coniunctio, arctissima copulavit ne-
cessitudine: vnica est in vtroque potētia armo-
rum; vis eadem: atque constantia vna duplici-
mente directa, sed volūtate simplici. Quæ enim
viderunt sæcula talem in summa potestate con-
cordiam? an duplicis orbis, summæ potentiæ
fructus, eadem vtrorumque pietas abunde non
elargi-

elargitur? cum suo vterq; fruitur, & sociorum imperio.

Laurea illa de victis Boiohemis, & illa Rethica, & illa Danica, vt reliquas taceam, quid aliud fuere quam lætissimi Hispanorum triumpho? item Iulianæ, Eliuianæque lætissimæ victoriæ, quid nisi Germanici Ferdinandi coronæ? quid protritum Saxo; fractus & extinctus Suecus, Germaniæ Religio vindicata, retentum imperium; nisi loquacis famæ nunquam cessaturâ voce prædicanda gloria? eo suavior quod cõmunis vtrique. *Non fortuita est in summis Principibus, germanitatis, usque ad imperium, similitudo, quæ disparis etiam interuallum vicit ætatis; & senio-riorem, iunio-remque charitate mutua reddit æquales, ò mira pietatis, religionisque cõsensio! neque hic illi videtur promptior, neque ille huic cunctatior, sed inuicem semet imitantur, inuicem eosdem affectant annos; sic ipsi sunt iuniores, ambo seniores; neuter plus suis moribus fauet; vterque hoc vult esse, quod alter est.* Quid igitur timeat Imperator Germanus victibus Hispanicis armis tectus ab imbecilla malæque contexta Hæretico-Christianissima conspiratione.

Accedit quod Anglica arma Gallis semper funesta strepunt, atq; de repetendo Galliæ imperio cogitare videntur: quod cum ex secre-

II.
Ex cõmunilerica in vtriusq; victorijs ostenditur.

III.
Ex alijs fœderatis principibus, & bellorū iniustitias.

tioribus consilijs, satis perspectum habeamus; ratio id ipsum nō obscure, nec leuiter cōfirmato, quōd Anglus quasi insito à natura odio, à Gallo defideat: quōd contra ius, fasque erepti sibi Gallici Regni, nunquam interitura imago mēti infixā, ac penitus hērens, animum pulset, quod Aquitaniam, Armoricamq; ignaue non repetere Martiæ illi, atque diuturni pacis munere, opulentissimæ nationi, ignominiosum semper, turpissimumq; sit futurum: quod deniq; Anglis multum emolumentum offerant, auri argentiq; Hispani, ditissima cōmertia. Quid de Dano dicā nuper à Ferdinādo asperrimo bello felicissimè victo, & æquissima pace Austriæ nuperrime devincto, cum pacis Germanicæ arbiter se offerat; detrectantiquè Saxoni infensissimum hostem, atque Ferdinandi socium se non obscure, neque perplexe professus sit. Neque deest Boioariæ dux, bello, paceque clarissimus: Illustrissimi Præsules iure suffragij conspicui; & quidquid in Germania Romanæ, & auitæ Religioni, saluberrimisq; summi Antistitis præceptis piè obsequitur, à Ferdinando pijsimo pro patria, pro Religione, & Imperio, contra Hæreticos Gallosq; pugnant, est: & quod omnium caput est iustitia, pietas, religio, quæ in bellis (in quibus plus vale-

re in-

re insanæ fortunæ temeritas creditur, quam ratio, aut consilium) plerumq; modica manu efferas, confertasque armatorum acies dissiparunt, Ferdinando militant, & vincunt. Euentus enim belli, velut æquus iudex, vnde ius stabat, sæpius ei victoriam dedit.

Neq; te moueant Gallici strepitus, neque Italiae pertimescas Regum maxime, qui ultra terminos rerum, metasq; naturæ tua regna vides, qui in illos primæ lucis indigenas, & in ipsum, si quod solis cubile est, vel tumultu iustissimè dominaris, victrici tua Hispania felix? querit hostes Gallia? inueniet: atq; dum spretis Alpium claustris, Insubriam, Neapolimq; contendit, maiorum suorû sepulchra, ad sua fata præpopera reuisit, atque transacti sæculi calamitate, docta, novos expectat è Gallia libitina quæstus. Noua tibi parantur bella, sed quæ repetitos innouët triumphos; etenim ambitiosa laurea, vt nota iam, & optata tempora sæpius incingat, classicum in Italia canit; & hos omnes parturire videtur fortuna motus, atq; orbis Christiana mala in immensum augere, vt Regali tuæ purpuræ triumphales lauros vindicatæque Religionis palmam interserat. Habent enim, & victoriæ iactantiam, & triumphos quoq; tangit ambitio; atq; victoriæ, vel mortali-

IV.

Ex Hispani
Regis vir-
tute gesto-
rumq; mag-
nitudine,
qui ad arma
sacraq; bel-
la excita-
tur, vatici-
natur vi-
ctoria.

lium sanguine imbutæ, te refugientem insequi,
 gloriosum est. Macte animis Regum maxime,
 & qui optimè inito principatu, adhuc inma-
 turus æui, maturus imperio ostendisti, cursum
 imperij non expectandum, in festinatione vir-
 tutis; & tot prope Reges, quot Europæ Prin-
 cipes in enodabili in Religionis, & Austriæ
 (qua superstiti interire non potest) exitium
 fœdere iunctos, & omnium pene gentium opi-
 bus, armis, milite, animis suffultum Batavum
 protriuisti; teterrimam Nouatorum flammam
 (cuius facilis peradiuncta contagio partu pe-
 stifero inualescebat) in Gallia, & Italia non-
 modo, vt excidium senesceret, sed oppressum
 emori posset opportunè restinxisti; Romanam
 Religionem vindicasti; nutantem Germaniam
 cōfirmasti. Victricia arma prouocatus capeffe.
 Magnificentius enim congregatos obteris, quã
 scrupulosius dispersos sequereris. quid enim
 victorijs suetus prestes, qui solus omniũ con-
 sequutus es, vt quod tempus incipiendis ap-
 tum rebus, antea videbatur; tunc primum po-
 tuerit sufficere peragendis; cum tuis, se consi-
 lijs, obsequuturum præsensit? Quã lugeret ho-
 die Germania, Italia, Frãcia, totaq; Christia-
 na Religio extinctam parentum fidem; nisi te
 fidei, & Religionis vindicẽ diuina miseratio-
 ne re-

nē regem haberemus : & non , vt tanti imperij moderator eximius, & propugnator ; sed perfidæ impietatis vltor acerrimus timereris ! nisi eos, qui circa te potissimo fungerentur officio, tales è bonorum sapiētiumq; numero se legis- ses, qui felicissimis tuis auspicijs, ad orbis, quē moderaris, salutem, & Religionis gloriam vte- rentur.

Nec te deterreant clarissime Comes (qui in- exhaustæ sapientiæ, prudentiæ commendatio- ne tanto lateri inhæres) ominosa, hæc bella, aut impietate sua, estuantium hæreticorum fluctus non placidum, & tranquillum mare, quod, dū minas suas bibit, delectat ; dum murmura sua comprimit, recreat ; sed exasperatum sit oportet, frendeat, frematq; spumis inæstuans, quod nauclerum cōmedent. Æqua portione sceptradiuisa memineris, vt quæ labore, & gloria pulchrius, quā auro gemmisq; cælantur, tibi gloriosum laborē impertiuntur, vt non laboriosa sed defecatissima summo terrarū Domino gloria consistat. O nimia principis fœlicitas ! cuius magnis consilijs, non impar amicus contingit ! cui non exhibeat timoris obsequia, sed vota pietatis ! perge magne comes ; neque enim non mirum pia, quā victrix Hispania, quæ nobilissimum sanguinem sacris bellis olim deuouie

beatas

V.
Suadetur bellum Comiti Oliuario, Maximi Regis, familiaris maximo, ex Hispanica pietate superbis ei⁹ opibus prælucente.

beatas, quibus potitur gazas profundere dubi-
 tabit, nec illa deficient munera, quam pietas,
 Fides, Religio Iberaq; constantia vnquam de-
 ficient. nondum exhausti sumus; neque vnquam
 exhauriemur, cum diuitias, quas alacres pro
 Religione, & pietate, non parce expendimus;
 quasi vectigalatio auctas fœnore, hæc ipsa pie-
 tas, quam colimus, cumulatas rependat. Hoc
 ipsum Numen, quod nostris opibus, quasi vi-
 ctimis veneramur, ab occiduo orienteq; sole
 classium nostrarum intemeratum cursum dire-
 xit; atque perfurentis Aquilonis regna, & mi-
 nantium fluctuum decumanos vortices, media,
 & rigente hieme, non minus felici, quam au-
 daci conatu præterlabentem; atque inexpectatam classem i. i. aureorum millionibus præ-
 diuitem diuino munere, ac domo nuper rece-
 pimur, & alteram propediem expectamus.

V I.
Ex Hispani-
nicis viri-
bus carūq;
summa.

Iam fere integrum sæculum Belgio cōtra
 vniuersam Europam, pro Catholica Religio-
 ne bella gessimus; quis, tam diuturno bello
 consumptas pecunias valeat enumerando per-
 censere supra 300. auri milliones profudimus,
 ac Religioni, ac numini adoleuimus; nec ta-
 men stipem precario corrogamus, sed ex af-
 fluentibus diuitijs Europam ditamus. O vtinā
 Ibericus ardor superfluis his diuitiarum ob-
 le&amentis

Iectamentis fortunæq; beatioris lenocinijs nō succumbat, atque immodicæ opes virtutem illam frangant, quæ æternum duraturis facinoribus, ultra diem solisque metas progressa, eadem cum nunquam interitura gloria comparavit, quid de Hispanicis opibus dicam? vel muliebrium focculorum argenteæ bractææ, luxuriantiaquè per mancipiorum cola, ad soleasve muliercularum relegata Margarita, alia vel tenuiora Regna cumulatissimè ditent, ac beatissima faciant. Vnà Hispania omnibus Europæ Regibus sacis est, dūmodo ærario aliquantum inuigilemus. Nouimus enim ex virorum magnorum accuratissima subductione ex ipsa vna educi posse peditum ducenta & viginti & vnum millia, equites nongenta, supra octuaginta nouem millia: ingens numerus, sed peritissimorum tamen virorum auctoritate quibus Carolus Scribanus Belga subscribit, probabilis etenim,

¶ E veteri Castella, & Legionensi agro. peditum. 26. .ij. equitum. 12. .ij.

Ex Regno Toletano, Nouaque Castella. ped. 30. .ij. equitum. 14. .ij.

Ex Aragonio Regno, & Cathalonix Principatu. peditum. 36. .ij. equitum. 14. .ij.

E Valentino, & Murtiano Regno. ped. 16. .ij.
equitum. 8. .ij.

E Granatensi Regno. ped. 14. .ij. equit. 6. .ij.

Ex Bethico agro, & Duriaë extremis. peditum.
51. .ij. equitum. 20. .ij.

Ex Lusitanica ditione, seu Portugalia. pedi.
20. .ij. equitum. 10. .ij.

E Gallecia. peditum. 8. .ij. equitum. 2. .ij.

Ex Cantabria quæ inter Galliam, & Galleciam
interiacet. peditum. 12. eq. 2. .ij. 900.

Ex Vasconia siue Nauarra. peditum. 8. fl. equi-
tum. 3. .ij.

Hæ sunt Hispaniæ vires: ex quibus ne nimia
contentione frangantur, tres integras partes sub-
ducamus, ita vt 4. dumtaxat ad bellicos vsus
restet; supererunt è subductione ped. 55ij250.
equitum. 22ij475. audior forsam equitum nu-
merus euasit, sed pedites ex equitibus augeri,
quis veter sint ergo peditum. 75ij. & equitum
10ij.

V II.
Modus eas
educēdi si-
ne Provin-
ciæ detri-
mento.

Neque hoc grauatam nimis, vel exsuccam
relinquet Hispaniam, si attentius hæc expen-
dere vellimus, siquidem res deduci potest ad fa-
cilem omnino executionem in vniuersa Hispa-
nia, non exiguo terrarum ambitu, has quas nu-
merauimus Prouincias omni fructuum varietate,
ac copia beatissimas (vt census statim per-
censendi

consensendi, cum Regij erarji, siue Ecclesiæ procerum, siue in sæculo magnorum, tantos quantos, nulla orbis terrarum prouintia parum obtinens magnitudinem annumeret, facile ostendunt) complectitur; in quibus opidorum, & pagorum, quam plurimi numerantur.

Ex his igitur singulis habita potētīe, & populi ratione, stipēdia in pedites duos, & equitū vnū educere, quis non audeat? aut quis tāto sumptu nimis prouintiam grauari arbitreretur? habemus igitur 60y. peditem, & triginta millia equitū, ex quibus iuxta bellicam disciplinam peditem copię augeri possunt, iustusq; exercitus constitui, quod si maximum aliquod Religioni detrimentum impēdeat, quid non presteat Hispanus? iam si regias intueamur opes, quid desideres in tanta copia, nisi non prodigum Claudiū profussumq; Vitellium, nec sordidum Tiberiū, aut nimis parcum Vespasianum; sed maximi Augusti calculatorias rationes, vel magnum semper semperq; in hominum memoria vicarum Ferdinandum. Supra sex etenim, & viginti auri milliones in regium erarium inferuntur, sex auri milliones ad 70y. peditem equitum vero 14y. eorum sumptibus sufficere prouēno uimus, iusto ergo comparato exercitu adhuc substantia supererit. Adde his priuatas Eccle-

fiæ procerum, & magnorū seculi opes. Archiepiscopatus 54. supra 700y. aureorum singulis annis pendunt. Episcopatus 78. supra 800y. quid si his Ordinum militarium adnectas proventus. S. Iacobi in 99. administrationes diuissus. Calatraua in 51. encomiendas distributus. In Alcātara quæ 38. administrationes numerat. In S. Ioannis Ordine in quo 138. censentur. In Montesa in quo 13. computantur.

Quorum omnium summa 950y387. aureorum est, quæ glorioso nobilitatis stemati coniuncta adeo firmam inconcusamq; militiam pararent, vt non ab hostibus vllis; nec Turcarum tymaris, sed à non æqua tantarum opum administratione sit timendum, possent enim hæ administrationes ad militum, non militum, & eorum quibus misio data est stipendia honoraria, sine gratij diminutione affatim exhibere pecuniarū, & robustissimi quiq; exacto militiæ tempore, & opes, & honorem, qui Hispanis pro anima est in illis inuenirent. Accedant his omnes Ecclesiarum proventus 2582y387. Et illis Abbatum Canonorum, &c. & reliquorū supra 2582y387. quid de secularibus dicam 990y. sup. 1y. Duces expendunt. Marchiones 343y. Comites 266y.

Quibus

Quibus si adnectas Magnorum extra Hispaniam prouentus, & Comitum Marchionum; qui extra numerum magnorum sunt reperies.

Magnorum 970. sup. 34.

Aliorum 151. 34.

Quæ si in summam redigas omnia inuenies 943074807. Hæ sunt Hispaniæ opes, & sterilibus huius incultiq; soli prouentus, modo suas opes Gallus iactet, & nos taciti pretereamus luxuriantes auro argentoq; & omni lapidositate gemmarumq; multiplici colore fulgentium varietate noui orbis gazas; Indiæ odoramentorum: felicis beatissimos prouentus; nec tamen, vel Galliæ cedimus, vel ab vilo timemus, cum temere fæderatis omnibus ab Hæretico-Christianissima conspiratione, nullus non timeat. Quare ad eorum in commoda explicanda aggredior.



S. Sextus.

Incommodat hoc fædus

Germaniæ.



V M belli nomine mala omnia, quæ cuius reipublicæ accidere possunt, exprimantur; inter hæc illa turpissima, atq;

I.
Incommodat ob civile bellum fæderibus nutritum.

H 3

maxime

maximè noxia habentur; quæ inter ciues ipsos
 oboriuntur in partes distractos, studijs Religio-
 néq; dissidentes. Siquidem vbi hoc malum se-
 mel inualuit, exacerbatis volutatibus, ita omnes
 afficiuntur; vt non modo humanitatem, mode-
 stiam, pietatem, sed naturâ quoq; ipsam exuisse
 videatur. Discordia fraterno sanguine imbuta,
 per omne fas, nefasq; grassatur, omnia dolis, ra-
 pinis, stragibus, sæuitia, sanguine redūdare, rem
 publicam armis cōcuti, sacra miscere profanis,
 omnia sursum, deorsum agitari, ac deniq; in exi-
 tium prolabi, vltimamq; perniciem necesse est.
 Secundum perniciosam autē intestini belli ia-
 ctationem, quæ alia maior, quàm libertatis ia-
 ctura? his præcipuè, qui ex clarissimis maiori-
 bus nati imperare, citius, quam seruire didice-
 runt.

Igitur cum vltima malorum habeantur, ci-
 uile bellum, & fereitus; vtrumque fatali quadã
 iniquitate, ab his fæderibus Germaniæ immi-
 nere videmus. Et inprimis, quid aliud sunt hæc
 fædera, quam ciuiliū bellorum irritamenta?
 quid fanatica hæc hæreticorum colligatio, nisi
 dira quædam Germaniæ proscriptio? Quid ar-
 ma Gallica ciuium suorum sanguine adhuc te-
 pentia, nisi falx sæuissima, quæ tanquam latif-
 simas feracis agri segetes, demissas nobiliores
 Germaniæ

Germaniæ domus, militum feritati proculcandas obijciat?

Eligat Germanorum colligatio, utrùm magis Germaniæ dolendum: quod vincat, an quod vincatur? gloriosius vincere, sed quid potest excogitari Germaniæ luctuosius? cum Austriaca domo, quæ est Germaniæ decus, & præclarissimum ornamentum sit funesta hæc constituta victoria? Quid auté flagitiosius quàm Gallica ambitione, & ministrorum cupiditatibus scelestissima prodicione, tot illustrissimorum Imperatorum gloria clarissimam gentem, firmissimumque Germaniæ propugnaculum delere? humani generis tranquillitatē turbare? florenti omnium bonorum copia Germaniæ vastitatem afferre? An Austriacas gentes oppressas bonisque eversas finibus deturbabunt; Imperatorem suorum præsidio nudatum, atq; in potestatem redactum, de gradu deletum, cæsumq; Imperio spoliabunt? etto, facta consilij respondeant: an incruenta erit Germaniæ hæc victoria? cum pugnacissimæ gentes Norici, Vngari, Silesij, Lusaci, Croaci, cum Boiohemia, & Alsacia Austriacis in Germania pareant? cū Belgium, & superbæ Hispanicæ opes Italia uniuersa, & quod reliquum Catholicorū in Germania est, pugnantem pro laicis, pro Imperio, pro Re-

II.
Nihil luctuosius Germaniæ, quam hereticorū victoria, & Austriacæ domus eversio.

pro Religione summa virium contentione te-
gant? quantū in hac victoria sanguinis? quan-
tā mortalium strages? quot clarissimarum vr-
bium excidia? quam innanis cultissimarū pro-
uinciarum vastitas? æreus sit, & Marpesia etiam
caute durior Germanus ille, qui spirantibus la-
chrymis imminentia hæc patriæ mala non lu-
geat; dirus naturæ hostis, qui tantam calamita-
tem cum possit à patria nō auertat, sed furenti
ciuium cædibus discordiæ, theatrum tragicæq;
scenæ ferale proscenium patriam instituat. Hęc
in colligatorū victoria. Quantæ igitur calami-
tatis erit vinci, cum vincere tam funestum est?
fortassis mitius agitur cum Germania dum vin-
citur? sed quid potest esse iniquius, aut excogi-
tari turpius, quam eius sanguinem sitiri, exci-
diumquē expectere, ad bella illum prouocare, à
quo mitius, & felicius vinceris, quam vincis.

III.
*Imminet
miserrima
seruit⁹ Ger-
manis, ab
hoc fædere.*

Sed iam duriorem bello, & morte serui-
tutem, Germanos his fæderibus sibi accersen-
tes, videamus. Gallus peregrinus Princeps san-
ctissima lege prohibita imperia cogitat, ac cun-
ctis artibus ad summa Germaniæ fastigia con-
tēdit. Sed quis dubitet, ambitione à maioribus
hæreditario munere transmissa, id appetere, vt
in suos transferat eorum sanguinē, spiritus spes
geris, atque consilia, qui Imperium Germani-
cum

cum ad se trahere armis conati sunt, neque sine accerrimis dimicationibus Carolus Crassus, & Othones præclari Principes, quorum gloria æterna loquetur posteritas, qui proprio sanguine Germanici nominis ornamentū, patrięq; libertatem vindicarunt, tantum decus in Germania retinuerunt. Quid autem turpius, quam libertatem illam, quā maiores, & egregij Principes armis propugnarunt ignauè deserere, eidemq; hosti Germaniam armis impetenti prodita patria vltro se tradere in seruitutem. Atqui dices longissime abhorrent à tanto facinore Gallorum consilia, libertatem Germania expetit non seruitutem; loquantur epistolæ ad Freislandum Megapolitanum Ducem à Rege Ludouico, & eius familiaribus ministris missæ, à Ferdinando interceptæ, lectæ, atque intima Gallorum consilia detegentes quarum summā, vt facilius intelligamus, hæc breuiter, licet pauló altius, repetenda sunt.

Cæsar Ferdinandus Comitem de V Vallenstein, non contemnendæ aliàs hominem, ob bellicam virtutē sibi charum ad summum huiusque honoris fortunæquē fastigium euexerat, atque Megapolitano ducatu peramplo, & diuiti honestauerat, impigri pugnacisq; hominis ingenio captus summo militaris imperij decore

*IV.
Gallū Germania seruitutem expetere probat flagitiosa Freislandi prodicio, cuius series narratur.*

I

orna-

ornatum belli pacisq; arbitrum fecerat, tantisq; beneficijs, muneribus, honoribus cumularat, ut ipse videretur in Germanico Imperio secundus, hunc ergò tantis beneficijs Austriæ, atque imperio devinctum aggrediuntur Galli blanditijs, muneribus, pollicitationibus; atque maioris fortunæ iniecta spe, & qui arma Suecorum victricesq; acies sæpius profligauerat aut Gallico propriæq; ambitioni succumbit. O quântum in mortalium pectore potest sceptri viscata libido, quam blandè insonat suaviterq; demulcet infirmas aures regni periculosa vox, sceptræ, purpuræ, coronæ? Boiohemię regnum, proditiōnis præmium paciscitur, ut opportuno tempore exercitum Cæsaris, ac Cæsarem prodat, ut tanto scelere Austriaca domo deleta, Gallus imperio potiatur, & ipse ad Boiohemiæ sceptræ conscendat: perstringit purpuræ splendor, ambitiosum animum, & dum nihil sceptræ cogitat tantorum beneficiorum immemor (pro scelus) proditiōni turpissimæ diem condicit: sed quo infana ruis dominandi cupiditas; an ignoras, nihil esse medium rapientibus Imperiū, inter summa aut præcipia? Quid iniquè cogitata sceptræ, & diademata nisi insidiæ, & fortunæ blandientis mendacia? Quid purpuram meditaris, quam sanguine tingas, insidio-

insidiosum munus, hoc est fortunæ? prodet pro-
ditorem, in hoc vno non temeraria, & quæ ob-
scuram vestem subridēs purpura tinxerat per-
uicax, & seuera, purpuratam ambitioso sangui-
ne retinget. Videamus Freislandum proditorē
scepta affectantem, qui dum ex Gallicis literis
patefacta prodicione, delicti conscientia vin-
cula detrectat, ad Egram Boiohemiæ interfici-
tur, atque excelsa illa cedrus, dūm ultra for-
tunam effertur ambitiosiusq; Austriæ domum
obumbrare percupit, Scotica securi ad morta-
lium doctrinam prosternitur.

Hi fortunæ luxus, hæc prodicionis præmia,
hæc deniq; Gallicæ artes, quibus in summa Im-
perij fastigia contendit. Faueant, foueantquē
Germani Gallos, miserimum sibi seruitutis iu-
gum imponentes, ipse imperij iura, armis, &
improba fædaq; prodicione inuadere suis Epi-
stolis profitetur, nec credent Germani abiecta
imperij gloria seruitutem suspirantes? Quid
autem indignius natis heroico sanguine, quam
alijs concedere imperij iura, & gloriam, & ser-
uitutem exercere? Quis æquo animo ferat li-
beras imperij vrbes in Francorum Colonias
erigi, & aboleri ornamenta reipublicæ, ac an-
tiquis sapienter instituta iura, iudicia, disci-
plinam? Quid libeto Germano, cum omnia

V.
*Suadetur
ex Gallicis
literis eo-
rum impe-
rium inui-
dendi con-
siliū.*

ex libidine, & compendio procurantē Gallo, qui imperare alijs tam malè nouit, quàm benè sui principis imperia detrectare? Testis Italia, eorū auaritia lacerata: testis Sicilia iniuriarū suarum vindex fortunatissima, testis hæc ipsa Germania, quæ excuso Gallico iugo imperij gloriam, & decus multis, & acerrimis prælijs, & Francorum capitibus sanxit.

V I.
Principum
Germaniæ
incommoda,
abolēda
iure suffra-
gij.

Sed quia communia reipublicæ mala ambitiosius, quam veriùs dolemus, & dum publicus dolor in frontem incurrit, intimos animi recessus priuata occupāt incōmoda, quæ acrius mouent, ac vehementius concitant, placet breuiter nonnulla perstringere, atque illud in primis, quo nihil potest accidere funestius illustissimis Germaniæ principibus Saxonum, Marchionum, Boioariæ gentibus clarissimorum Imperatorum feracissimis, quàm imperij gloria priuari; atque spe illā recuperandi depelli, quid illustrissimis septemviris magis dolendū, quam celebratissimo suffragij iure expoliari? Quid magis infautum libero Germanico, quàm impote item Gallorum dominatum subire? sed vane forte aliquæ suspiciones, & frigide, quædam ex turpi metu progenitæ coniecturæ in Gallorum inuidiam, hæc, & alia huiusmodi confixere. Consulamus Megapolitani ducis

ducis proditionem, diuino numine tantum facinus auertente, in ipso fædissimi sceleris patrandi articulo detectam; consulamus eius litteras ad Regem Gallum, & Regis eiusque ministrorum, ad perduelem vltro citroque missas, ex quibus constat Germanicum Imperium, quasi iniuria Gallis ereptum, absoleta, quædam, vel inania iura ostentâtem Gallum repetere, quod, vt iure factum videretur Gallici iurisconsulti ad euellendam aureâ bullam eiusq; fidem eleuândam de imperij translatione multa disputarunt. Videant ergo Germani, an Germanicæ gloriæ, sit imperij decus impotenti ambitione inuadentem, atque Germaniam tanto ornamento explicantem fovere, an Ferdinando fauere Germaniæ gloriam egregie propugnanti.

Gallus etenim, vel modeste per Germanica septem virotum suffragia Imperium affectâs, erit omnino repellendus; cum sit disertè constitutum, atq; lege, & iure iurando præscriptum, ne extero Principi septem viti commendent imperij fastigia, atq; adeo prohibita Regis Galli in regem Romanorum erectio, quid enim aliud erit sanctissimæ legis temeraria violatio, quàm ad auolendas reliquas aureæ bullæ sanctiones exemplum? vel quis prohibere va-

VII.
Gallus ex
Aurea Bul
la ab Impe
rio exclu
sus, eiusq;
erectio etiã
per suffra
gia probi
bita.

leat Gallum imperij auenis semel potitū, sum,
 miq; Pontificis Urbani decretorum arbitrum,
 ne legē ex parte violatam à septēviris omnino
 rescindat, atq; suffragiorū iura reffigat? quæ-
 stus est olim Italus quidam iura suffragij, quæ
 olim ante Friderici Secundi tempora penes
 omnes Imperij proceres fuerant, ipsorum so-
 cordia in septem viros deuolui; atque id nullo
 iure statutum esse, nisi aurea Caroli IV. bulla
 arbitratur: cuius si vim, atque constantiā fran-
 gas: quid sperandum est, nisi, quod iactorum
 ab iurisconsultis seminum fructus colligat
 Francia; atque tanta gloria Germaniæ Princi-
 pes turpiter expolientur? si ergo Gallus libe-
 ro suffragij iure in Germanica Imperia euehē-
 dus videbatur, quanta animi, & armorum cō-
 tentione occurrendum est ipsi, patrias leges,
 sapienter instituta ab antiquis, iura, atque cla-
 rissima Germani ornamenta inuadenti? ne-
 que enim arbitror adeo dissipuisse Germa-
 niæ principes, vt ex turpi prodicione, pate-
 factis eius consilijs, tantam labem in antiquam
 gloriam nomenq; Germanum inducant; neque
 Gallicos ministros tan stulta ambitione turge-
 re; vt semel prodicionis spe depulsi, quasi ar-
 mis occupaturi imperij fastigia, Germanicas
 Prouincias inuadant, atque adeo nisi me mea
fallit

fallit opinio dum Germaniam perturbât atque
Alfaciæ vrbes auro Gallico à Tiranis coemūt
Italiam cogitant: quare quantum illi eiusque
Regulis hoc bellū incommoedet, explicare bre-
uibus conabor.



S. Septimus.

Incommoda Italiæ.



V O D sanitas est in cor-
pore, id in republica est
pax, vna bonorum omniū
cumulus, & summa fæli-
citas, quam plerumq; vt
pestilentissimi morbi la-
befactare solent, timor, &

I.
Rex Reipu-
blica sani-
tas timore,
& ampli-
tione ple-
rumq; tur-
batur.

ambitio: timor de proprijs non amittendis so-
licitus, inhianti aliorum regna, ambitioni co-
pulsatur; atque in arma & prælia sua cupiditate
ruentem prolestat. Ambitio verò suprâ cate-
ros eminendi desiderio flagrans, effers semper,
& immitis sanguinem sitit, suis etiam pericu-
lata, omnia miscet, & quasi in turbido freun-
dior sit piscatio, malatiam odit, & tranquilita-
tem, atq; eos plerumq; primos adoritur, quos
armo-

armorum societas, & fœdera in arctiorem amicitiam copularunt. Quiescebat Italia pacatissimaq; tranquillitate fruebatur; cum nescio quis importunus timor, Ludouicū Sforciam inuasit, & cum Aragonios Reges Neapolitanos eorumque potentiam, vehementius timeret: ad Caroli Viii. Gallia Regis ambitionem confugit: sed quantò Italiae malo? taceo. id tamen non tacendum; Ludouicum, bellorum, & Gallia ambitione, domo eiectum ditioe spoliatum, concitati belli pœnas luisse.

II.
*Exempla
 bellorū Italiae id fir-
 mant; nascitur Italiae
 pax ab Hispano Imperio
 ablegata ambitione, &
 depulso Italiae principū
 timore.*

Mox Italia alijs ex alijs progerminantibus bellis, per 35. annorum spacia, à transitu Caroli Viii. vsque ad pacem, Bononicis fœderibus ipsi restitutā miserimè quassata est. In his autem bellis ferè nullum reperias, quod aliorū timore sollicitata ambitio, illud non excitaue- rit. Timebant Veneti, ne obfirmato in Insubria Caroli V. dominio in turbido bellorum expiscatis in Cenomanis, & Insubria, viribus exproliarentur: hic timor Gallica arma, & proclinatorum in Italica bella Francisci Regis animum inflammavit, atqui postquam, libratis Italiae Principum viribus, atque æquata potentia, perniciosus timor resedit; & Hispani tam lato terrarum orbis imperio ambitionem ipsam superarunt, diuturna pax, & felicitas, atque bonorum

norum omnium copia, Italiae restituta est. Si-
 quidem ab Hispano nec timentis, nec ambien-
 ti, bellum excitari non potest, & cum nulla Ita-
 licis Principibus, neque ab Hispano suis sa-
 tiato bonis, neque ab alijs potentioribus, His-
 pani reverentia frænatis, incessat formido; bea-
 tissima diuturnitateq; sua lætissima pax Italiae
 manet; nisi impotēs nimum, vefanaq; aliquo-
 rum ambitio, in propriam ambientis perniciē,
 illam perturbet. Quis tamen tam dirus erit pa-
 triae hostis, qui eius exitium bonorum suorum
 iactura mercetur? Quis tam vefanus, qui prin-
 cipatum, quod subridētis fortunæ munere pa-
 ravit; à belli alea, eiusq; temeritate, non sub-
 ducat cum possit? Italiae potentiae, & dominia,
 vt ex multiplici rerum vsu didicimus, & tem-
 porum fidissimis monumentis comprobatur,
 dūm pax floret, sunt possidentium, dūm bellū
 furit, & arma, tantum fortunæ. Itaque Italiae
 Reguli, bello ipso ditioe bonisq; omnibus,
 ante victoriam expoliantur: atque eorū vrbes,
 & principatus in bellantium externorum præ-
 mia ab ipso enascentis belli strepitu designan-
 tur.

Nullum ergo grauius malum accidere po-
 test Italis, quam bellum, id adeò notum est om-
 nibus; vt ex hac vna radice diuturna Italiae

III.
 Nihil ma-
 gis formi-
 dandū Ita-
 liae, quam
 bellum ipsi
 Veneti pro-
 fitentur.

K

pax

pax enascatur; atque adeò Veneti, qui toti in rebus suis promouendis, & procurandis semper fuere; cum superioribus annis, bellici quidam rumores suborirentur; ad extinguendas paruas has scintillas, ne Italiam vniuersam cum in ignem succrescerent, inflammarent; totis viribus, non postremi occurrere; cum vero tum ad bellum Senense, tum ad Pauli Quarti turbas Gallica arma in Italiam venerunt, tanta belli formidine continebantur, vt nullus fuerit ex Italiae Regulis, qui Gallis bellum expectatibus associaretur, cum nullus esset qui belli aleam subire, aut fortunæ temeritati, bona sua committere vellet.

Et quidem hæc per partes expendere operæpretium duximus, atq; Italiae Principum incommoda percensere. Occurrunt in primis Veneti, potētissimi ex Italicis Principibus; deinde Etruriæ dux: Sabaudus, Parmensis, & Mantuanus, & siqui alij minoris potentia reguli, ac denique Urbanus Pontifex, qui omnium maximè in hoc bellum propendere videtur, de singulis ergo nonnulla breuiter perstringam.

(:†:)

S. O. *Stavus.*



S. Octavius.

Venetorum incommoda.



V M Venetos, de sua Re-
publica, disputâtes audio,
id vti sanctum, inconcus-
sumque habere videntur;
florētissimam illam Rem-
publicam (licet firmiori
legum structura vallatam)

I.
Ex sine le-
gum reipu-
blica, quæ
omnes ad
pacem ordi-
nantur.

præ Romana non excelluisse; quia omnes eius
saluberrimæ leges, non in Imperia, seu in paca-
tam bonisque omnibus refertam tranquillita-
tem diriguntur, igitur cum ab Hispanis Insu-
briam occupantibus, nihil mali, aut periculi
immineat, vt experimentis compertum est, &
ratio nō obscura euidenter demonstrat (liqui-
dem numquam Hispani, quibus fere nihil com-
modi victoribus accrescat, & Italico imperio
excident victi propemodū necesse est, nisi pro-
uocati, & coacti Italica bella suspicient) Vene-
ta Respublica, sibi sufficiens, tota apta ex se se;
iamdiu pace, diuturna que tranquillitate frue-
tur; donec Gallica arma, & vefanus militum fu-
ror quiescentem Italiam perturbent. Si autem

bella in Insubria oboriatur bellorum incommoda omnia subire, & optatissima pace carere necesse est, vel enim victor Gallus Insubria potitur, vel (vt olim maiores) Hispanicis armis Italia pellitur, alterum ex his accidere necesse est, vtrumque autem Venetis exitiale.

II.

Quid Hispano pacato, & nihil hostils cogitant: Gallus natura inquietus succedet, exempla quæ id firment.

Nam in primis quid potest Gallica victoria excogitari funestius, cum Hispano pacato, & aliena non cogitanti, sed propria magnitudine, vltra fortunam, beato; alius præferuidus impotens, ad bella & arma natus, sine quibus viuere, neque in illis perseverare vnquam potuit, victorijs elatus succedat? neq; enim Galli, qui in ipsa Gallia quieti, paci que renuntiarunt, Insubriæ potiti armis, placide conquiescent. Scimus quidem eosdem Neapolitano Regno, simul cum Hispanis potiros statim illis expellendis cogitasse: scimus Franciscum primum, occupata Insubria, in pernitiem Reipublicæ arma sociasse, vt Cremonam, & Giaradadam primum Venetis eriperet, ac deinde ab vniuersa Gallia Cisalpina eos expellere, atq; adeo nihil tiquius fuit in Republica, nihil optatius, quam quod mediocris Princeps in Insubria regnaret, quamobrem de restituendis Sfortijs Ludouico, & Francisco, à Regibus Gallix, & Cæsare ex-

III.

Veneti semper optanti Insubriam mediocrem principum abstinere.

re expoliatis, tum legationibus, tum armis cū illis egerunt, atq; adeo vt quod diu multumq; optauerant, assequerentur: cum Cæsare fæderati ad exturbandos ex Insubria Gallos, arma Republicæ parauerunt: deinde per Clementē Pontificē, Franciscum Sfortiam Cæsari reconciliandum curarunt. Mox post eius decessum cum nouum fædus Neapoli icerent, id imprimis cautum est; vt aliquis mediocris fortunæ Princeps in Mediolanensem ducem erigeretur denique sub Paulo. III. vt Farnesium generum tantò munere decoraret vehementius eslagitarunt, ne finitimorum regum potētia obruerentur; vel inpotenti finitimo ditionem paulatim exederent, vel saltim pacis, & imperij iura præscriberent.

Quare fuit aliquando magno consiliorum æstu iactata respublica, cum post obitum Francisci Sforcia diu opinione suspensi (nec temere) de Italiae libertate dubitarent quando longissime prouiderent; si Gallia Cisalpina imperium, vti hæreditas postulabat, reliquis Cæsaris Caroli regnis accederet; præpotentem accolam, sibi præcipuè formidandum parari, quod Cæsar regna regnis adnectere solitus, vt immensa auctus potentia, si æquitatis, ac amicitia obliuisci vellet, vicinas ultra Abduā vr-

IV:
Præcauent
Veneti Ca-
rolum, ne
dum regna
regnis ad-
nectebat
suas vrbes
inmoderet.

bes inuasurus esset; recēti Maximiliani, & Ferdinandi auorum exemplo, qui eas Mediolano antiquitus contributas abreptasq; , impotentibus Venetorum armis repetissent. Nec temere coniecissent, nisi Italiae pax, & tranquillitas Hispanorum aliud cogitantium animis altius infedisset: sed omnia illa, quæ reipublicæ prorsus aliena detrimento saq; ex Hispanico dominio obuentura diuinabant, quæ diuturnis tot annorum experimentis probata Hispanorum modestia longissimè auertit, ab inquieto præferuidoq; Gallorum in Insubria dominantium ingenio reipublicæ impendere manifestissimum est.

*V.
Venetis in
maiori sus-
pitione est
Gallus quā
Hispanus.*

Cum enim tantum authoritatis, potentiae, & arti, quotidianæ pecuniæ prouētus, ex Galliae Cisalpinæ opulentissima Italiae parte, possessione, & imperio præpotentibus Transalpinæ Galliae Regibus adiiciatur; quis eos quieturos speret? nec auiditate proferendi imperij; quod in Italia dumtaxat dilatate possunt, aliena, ipsiusque inprimis Reipublicæ imperia, sibiq; maximè cōmodas, Cenomanorum Fore Iuliensium Treuisianas, Transpadanas, Brixiam, Bergomum, Cremam, Dechieram, vrbes clarissimas, sibi que finitimas, inuasurus Hispani latissimos ad arma, & Imperia nacti campos;
hostes

hostes habent, in Africa, Asia, & Europa, in quos victoricia arma conuertant; atque maiori gloria & lucro, minorique periculo totas habenas, regnandi cupidini laxent. Gallis, sola Italia, Regni incrementa, nouaq; sceptrapro-pinat, hic vnus effundendæ ambitioni aditus, nec nisi Italia deuorata gliscere potest.

Ad hæc Hispanis satis aliunde suppetente potentia, viribusque propria magnitudine obfirmatis, nihil est desiderandum præter pacem florentibus Italiae Principibus, & maximè Venetis (qui à Turcarum incursionibus Italiã propugnant) suauiolem, nihil timendum præter bellũ procerũ, maximè alienationi Italiae, atq; Religioni Catholicæ funestissimum. Galli vero si semel Hispanos ab Italia depellant, Venetam rempublicam euertere debent, ne reipublicæ viribus in Italia Hispani reuocentur, neque enim Gallicum in Italia imperium formari poterit, sine reipublicæ iactura. Captabunt ergo occasiones illam debellãdi, atque, vt vnicum suæ impotentiæ frænum cunctis artibus eius potentiam effingere conabuntur.

Si autem penès Hispanum extiterit victoria, actum esse de republica arbitrentur, siquidem innumeras, & acerbissimas iniurias, quas ne Italiam perturbet concoquit semel perturbata,

VI.
Hispanus
Italorũ pacẽ
procurat
Galli bellũ
imprimis
Venetã re-
publicam
euertere.

VII.
Si vincant
Austria ei
conceptas
in Venetos
iras an ef-
fundent.

bata, atque ad arma prouocatus, & victor, ita semel vicifcetur, vt reipublicæ euersione Hispanici nominis, & imperij reuerentiã fanciat, quod adeo verum est, vt multi quibus in republica gerenda est maxima pars, atq; apud Regem Philippum summam obtinēt authoritatē, bellum Italicum vehementius appetant, vt cōceptas in rempublicam Venetam iras semel effundant, cum statutum habeant, nihil vtilius accidere posse Hispanis, nihilque incunduis, quam huius reipublicæ, Hispano Regi, & nomine infensissimæ euersionem.

*VIII.
Recēsentur
Venetorum
in Austria-
cos iniuria.*

Dolent vehementer è manibus elapsam tempore Pauli V. honestissimum subuersionis causam, & opportunitatē, cum fortissimi viri Comitis de Fuentes industria, maximisq; sumptibus collectus opiosus exercitus, ne in Italia bellum concitaretur importuno timore sine villo opere preterio dimissus, neque enim ab Hispanorum memoria excidit, Turcam in Austriā ab ipsis fuisse vehementius concitatum; Gabarium in Hungaria, Palatinum in Boiohemia perduelles in Belgio, pecunia, consilijs, milite, refotos tam profusis largitionibus; vt exhausto ærario, classes concinare, atque Adriaticum mare tueri non possint. Accedit idem cum Hæreticis Religioni, & Austrijs infensis, dete-

derestandum fædus, & quo nihil excogitari potest iniquius. Tellinam Vallem catholicam, ab Hæreticis Rethis, & Canninis occupandam, atque perniciosis dogmatibus, & accitis è Gebe-
na ministris, peruertendam, atque à Catholica Religione seducendam curasse; ne ipsi Catho-
lici hereticorum, & Venetorum conatibus ob-
sisterent, armorumq; communionem præpedi-
rent.

Hæ, & aliæ plures acerbissimæ iniuriæ ob-
liuione conterendæ videntur, dum pax in Ita-
lia fuerit firma: utpotè quæ ex vano quodam
Hispaniæ potentiæ timore nascuntur. Si autem
novum aliquod bellum oboriatur, summa His-
panicarum virium contentione, persequendæ.
Constet ergo nihil funestius hoc bello Reipu-
blicæ accidere posse, atque ad Sabaudum nostra
se conuertat oratio.

IX.
Remittetur
iniuria ab
Austriaci
dñ pax Ita-
lia firme-
tur.

§. Nonus.

Sabauda incommodat.



VM ea quæ de Venetis disputauimus,
eandem prorsus vim in Sabaudum ob-
tinere videantur, restat; ut propria eius
L pericula

I.
Dicta de
Venetis in-
commoda
conueniunt
Sabauda.

pericula breuiter percenseamus. Illud imprimis, quo nullum funestius, nullū magis timendum alicui Italiæ principi ab exacerbata fortuna potest impendere, libertatis scilicet iactura, quam ab hoc bello imminentē auertere non potest: vt autem illam certissimam, & quasi fatalem ostendamus, præmissis dilematis vtendum nobis est.

II.
Sabaudus, si vincat Gallus, in seruitutem redigetur.

Vel enim Gallus Insubriam depulsis Hispanicis occupat, vel Hispanicis armis repulsus, pernota sibi repetit fugæ itinera, Galliam: vtrū Sabauda optatius, Scio? vtrum funestius? nescio, blādiatur fortuna Gallis, dulciusq; subrideat; at qui dū læta fronte suauius illis blāditur, lachrimas luctusq; Sabauda reseruat, cū iuxta politicorū præcepta ad subsidia è Gallicis in Italiam transmittenda ditionemq; firmandam; copiarum itinera sint omnino tutanda; expediendaq; quod sine interiacentis ditionis occupatione omnino præstari non potest, quod si fæderum, & amicitia iure, Alpina monumenta, vltro tradat; quid aliud erunt hæc fædera, quam perpetuæ seruitutis iura,

III.
Occupata Gallia Cisalpina per Gallum precarius regnabit Sabaudus.

Si autem ea tradere detrectat: quis ea vi extorquenti Gallo occurrere poterit, aut eius iniuriam propulsare? Sed esto Gallus in expectata modestia propioq; periculo, suam ditionem

nem

nem Sabauda relinquat. An occupatā Gallia Cisalpina, suavioris fortunæ spes illi oboritur? Gallicis armis circūfessus mediocris princeps, quasi precario regnabit; atque occasione oblata; quæ finitimos inuadenti ambitioni nunquā defuit, Gallicorum militum præda, ab auitis sedibus, & ditione, erit proturbandus: dūm medius Gallis, & Hispanis interiacet ab utriusque defenditur, utriusque eius amicitiam, & societatem ambiunt: atqui Gallo Italia potito, Hispanico auxilio detectus, Gallicam potentiam experietur, & arma; quibus sustinendis est impar.


Hoc adeo manifestum est, ut sæpius miratus sim Hispanos de Sabaudia duce propria eius commoda carius mercatos, iniqua imo, & vecordi mercatara, cum ipse amicitiam Hispanis ingenti pretio vendideret, quam ipse maiori coemisse debebat, quare arbitror nulla alia re firmitus esse in officio continendum, quam si eius amicitiam omnino contemneremus: ut Gallicis armis appetitus propugnationis mercedem vrbes, & munimenta ultra citraque Padum constituta ultro Hispanis appenderet.

Sed iam ad Hispanorum victoriam accedamus, ut videat ipse, quid ab irato Hispano, & ad Italica arma prouocato (in cuius offensio-

IV:
Si contēn-
tur ab His-
panis Sa-
baudus, a-
micitiā eo-
rum ipse ape-
tet.

V:
Postquam
debellatus
est Sabau-
dus ab His-
pano, ei vr-
bes resti-
tuit.

nem miris modis iucurrisse satis uouit) speret, qui ne bella Italiam inquietarent, modestia, in Hispani nominis iniuriam, vergente, sæpius cum posset non debellauit, imò armis occupatas Vercellas consanguinitatis iure restituit.



S. Decimus.

Incommodat duci, & reli-

quis Etruria.

Y.

Dux Etruria non utilitatem, sed damnum spectat, si Galli vicerint.



V M Etruriæ dux florentissima Italiae portione omnium bonorum copia prædiuite, sine vlllo intestinorum motuum timore, tranquillissime potiatur: neque alicuiusmodi, vel leuissima spes suboriatur ex hoc bello, non est cûr, stultè arbitremur, ita hæc suavioris fortunæ lenocinia fastidisse, atq; illustrissimum Italiae ornamentum contemnere, vt in aleam bellorum, lusumque fortunæ, in qua temeritas, & casus non ratio, & consilium valet, tantorum bonorum cumulum deruendum velit conijcere. Semel enim exar-

descende

descendente in Italia bello, omnes eius Principes ex libidine, & compendio vincuntis agantur: necesse est, quod si victoria penes Gallum fuerit, fauenti sibi Pontifici Urbano, amoris & beneficiorum gratiam rependere imprimis curabit; quid ergo si Urbanus magnarum cogitantum vir, patriæ libertatem Medicæq; familiæ expulsionem procuret, Rege præcipuè Gallo matri Medicæ non leuiter infenso? quid si ut Clemens Medicæ, Urbanus Barberinam patriæ principatu, tametsi perituro condecorare percupiat; nihil enim dulcius ambitioni blanditur, quàm patriæ dominium, eisque despoticè imperare grauissimum est, quibus, ne ad obsequia quidem notus, parebas.

Sed estò alia sit Urbani mens, stentque Medicæis Florentina imperia, an Pissæ grauissimū inimiciæ vrbis iugum, cunctis artibus excutere, non satagent? Vix tympana Gallica, vel palpitantibus membranis strepent, cum Pissæ ad arma contra Florentinos capeffenda concitentur; illumque Princeipem obsequijs promereri curabunt, quem Florentinorum aduersarium senserint, postquam per septuaginta amplius annos, quibus Florentinis seruierunt, omnes fortunæ calamitates perpessæ sunt tandem in luctu, & maiore vitam traducentibus, Caroli

II.
Pissa ad libertatē proclamabit aduersus Florentinos, cum viderit Italiæ motus.

Octavi, Gallorumq; aduentus occasionē præbuit repetendæ libertatis, nec datam vnquam abijcient, vtpotè qui Florentinos antiquitati, & decori vr̄bis ciuium, fortunis alienæq; demū industriæ plurimum inuidentes, insito quasi à natura odio, ita prosequantur, vt nobilissimi quique, qui Florentinis seruire inueteratis hostibus, quouis exilio grauius ducebant, paulatim in alias terras, natali solo, paternis domibus maiorumq; sepulcris sponte relictis emigrarint.

III.
Senenses de erepta ab eis libertate vindicanda agent.

Quid de Senensibus dicam? iam olim Gallicis armis cōtra Florentiam tectis? an qui summa pace, vix in officio cōtineri possunt, strepētibus bellis, atque Italicis rebus fluctuantibus de erepta sibi libertate vindicanda non cogitabant? an dulcis armor patriæ, & dulcissima libertatis iura, quæ adhuc spirantibus lachrimis lugent, faucios, & nondum curatos animos non pulsabunt? an Senensium mentibus excidit, illa ipsa non obscure grata omnibus imago deploratæ libertatis? Quid si Urbanus Thadæum charissimum nepotum, Pisis, vel Senæ, vel vtrique præficere desideret? Videat ergo Magnus Etruriæ dux, an ei incommodent hæc bella, & nos ad alios principes transeamus.

De

De alijs igitur mediocri potentia Regu-
lis id in vniuersum constitutum sit, Italica bel-
la in eorum semper exitium, pernitiemq; sus-
citari, sicut enim minores pisciculi in prædam
escamquè maiorum nati videntur, ita plerum-
què minoris potentia Reguli cum sæpissimè
eorum proscriptione, fædera paxquè firmen-
tar. Deserti enim à potentioribus sibi fædera-
tis, suis rebus prospicientibus in aduersario-
rum arma offensionesquè incurrent, atque in
prædam destinantur: vtinam frequentissima
non suppeterent exempla? vel alieno malo, &
exitio nostri Principes didicissent? nihil enim
ab omni hominum annaliumquè memoria fre-
quentius occurrit.

Sufficiat tamèn nobis Ioânis Nauarræ Re-
gis nobilissimum exemplum; qui dùm Ludo-
uico Gallo tenaciùs adhæret, Ferdinãdi Mag-
ni arma, & potentiam sensit, atque conciliatis
Galliæ, & Hispaniæ Regibus, antiquissimum,
& nobilissimũ Vasconum Regnum; numquàm
recuperaturus amissit, neque hæc tamen extre-
ma, horũ Principum mala, siquidem, plerumq;
ab his miserimè quassantur, quos ipsi in fæde-
ra armorumq; societatem vocarunt. Testes hu-
ius rei statuo Thebas à Philippo, quem ascie-
rant socium funditùs deletas, Achæos, & Ar-

guios

IV.
Pax inter
potentiores
firmatur
exhibis te-
nuiorum.

V.
Ioânis Na-
uarræ Rex,
alij ad exē-
plum tra-
huntur.

guos primū ab altero Philippo, deinde (quasi semel seruiuisse, esset parum) à Romanis ad imperium potiùs quam in societate adlectis, subiugatos Italianam à peregrinis nationibus. Quid ergò isti quærunt in his fæderibus, nisi seruitutem? quid in bello, nisi bonorum suorū, ditiorisque proscriptiōem?

V I.

*Ex quibus
ruinis eri-
getur domus
Barberina,
sicuti domus
Medicea.*

Nunc victricia Regum arma, vt Pontificis consilijs abunde satisfaciat, atq; insigni aliquo munere conciliet Barberinam nouam in Italia familiam ex proprijs quasi victimis erigent? an ex antiquarū ruinis? earum scilicet quibus nullus super sit vindex, in quibus cum tota gente deleatur iniuria: cogita Scaligeros, Bentiuolos, Galeazos, Turrianos, Malatestas, Azos, Pacios, quorum domus nomina abolita videmus, vt ex eorum ruinis Sfortiæ, Gonzagæ, Mediceæ exurgerent, prodeant ergo alij necesse est, vt Barberina domus erigatur; an fatiscet Neapolis, & Infubria? deiscet forsitan? Sed ne utriquam fatiscet: cum Hispanicæ, & Gallicæ vires, vel quassata hæc regna fulciant, ærei ferreique tibicines. Ruent ergo nutantes Regulorum domus, totaq; reliqua Italia posternetur, vt Barberina domus emineat; sibi ergo maturius caueant Italici Principes, atque minitantis fortunæ temeritate ocius se subducant.

Occurrit

Occurrit tamén nobis Mantuanus Dux, natione, & ditione Gallus, cui fortè Gallica arma in Italiam prospiciant, sed né hic quidem multum commodi ex Gallica potentia consequetur, siquidē homo Gallus blandientis fortunæ munere in absolutum dominium euectus, non secus regnanti in Insubria Gallo parebit, quàm in Nobiodunensi Gallici ditione parebat, ita vt sedem mutasse videatur non fortunā. Inueteratq; enim seruitutis iugū excutere, præfenti potentiori domino, notis iam diu Imperij, sueto, & antiquo iure obsequia repetente quis audeat? Careat ergo regnandi dulcedine, quæ plerumq; ex supremo, dispoticoq; dominio nascitur, atque ab arbitrij, Regnique maiestate in animum suauissime stillat necessarium est.

VII.
Nullum cōmodum Duci Mantuæ ex progressibus Gallorum.

Quare Mantuani Principis Galli seruitus, Italicarum omnium erit miserrima, cum cæteri Principes vtpotè peregrini, quantumuis Gallica potentia subigantur, Urbanum quoddam, & non illiberale genus dominij, ipsius peregrinitatis, vt sic loquar iure, & reuerentia deposcant. Atqui Mantuanus, cuius maiestas à consuetudine ipsa, & familiaritate Gallis viluit, nō solū Gallorum imperia, vt cæteri, sed Gallica etiam ex insito gentiliū ministrorum li-

VIII.
Miserior principum Italicorū Dux Mantuæ; sub Gallorum Imperio.

uore, fele, amaricie que plenissima sentiat. Obsequia item ab eo Gallica, quæ nulla gratia sequatur, utpotè, quæ Gallico nomini debita videantur prope iure suo repetere velit. Quid quòd ad formandum imperium reliquos proceres beneficijs, muneribus, largitionibus afficiendos enixe curabit, prætermisso Mantuano, quasi Gallico nomine satis devincto? quid quòd, Insubriæ ministri, siue prætores hominis Galli, ab ipsorum latere benignitate fortunæ nuper ad maiorem imperij nominisque amplitudine erecti, gloria tacti, ut plerumque accidit; totis invidentiæ ambitionisque feralibus machinis impetant? atque novam eius felicitatem euertere conentur? quæ omnia incōmoda Gallo Rege ab Italia secluso, certissimè auertet, imò verò in usum, atque commodum maximè conuertet? cum Hispanus hominem Galillum sibi multis, magnisq; beneficijs devincturus esse videatur, constet ergo nullum esse ex Italiæ regulis, è cuius re non sit bella, atque arma ex Italiæ finibus arcere, quod fuit propositum.



S. Undecimus.

S. Undecimus.

Pontifici Romano dedecet,
& incommodat.



ELLEM equidem, quæ modo disputaturus aggredior verecunda quadam modestia, supremæ illius sedis non dubia tactus religione præterire, ne Urbanum sanctissimum pru-

I.
Quam petulantius invehant detractores in Urbanum, eorūq; calumnia convincitur.

dentissimumq; Principem à tam innani, atque ab eius religione, eximiaque pietate alienissima calūnia, dum vindico, obruere viderer. Verùm tamen cum procaces homines, ac eius gloriæ invidi, in eius nomen petulantius inuecti tum soluta, tum ligata oratione, se le potiùs quàm melle conditis carminibus de mellito apum insigni, luserint, atque tanquam factiosum, atq; Christiani orbis (cuius penès Romanum Pontificem præcipua est cura) perturbatorem imò & Hæretico-Christianissimæ cōspirationis dirissimum architectum, atque sedulū machinatorum impiè procaciterquè decantent, vt inuerecundam impiorum hominum audaciam fran-

M 2

gerem

gerem, atq; sanctissimum Urbanum á dira illa Hæretico-Christianissima conspiratione longissimè abhorre ostenderem. Sacræ Romanæ sedis, & Urbani incommoda, quibus turpè hoc fædus passim scædet, tacitus præterire non possum, ut videant isti iniqui tanti nominis arrofores, quam leuibus imò, & inanibus argumentis ducti, Romanum Pontificem cõmunem omnium pro munere patrem, Romanæque doctrine clarissimum assertorem, quasi factiosum, & quo nihil turpius excogitari potest Hæreticorũ successibus lætum, atq; Ecclesiæ iniquissimã conditionem ficeis oculis spectantem dilacerent, turpiterq; traducant.

II.
Duo impo-
nunt Vrba
no studium
in Gallos,
& optatis-
simum de-
sideriũ au-
gendi do-
mum Bar-
berinam.

Duo inter alia huius dementiæ fundameta video, quibus ducti scriptores isti in Urbanũ inuehuntur, primũ Gallici nominis antiquissimum in Urbano studium, quo vehementius teneri videtur: alterum, quod intimis eorũ animi sensibus penitus hæserit, Urbanum fatali aliquorum summorum antistitum ambitione trãuersum agi, atque adeo in hoc euigilare curas, & cogitationes eius, ut suæ domus tenues opes, vel malo publico vehementius augeantur, & ridenti fortunæ latiore felicitatis cãpum ostendat.

Hoc

Hoc autem sine Italiae perturbatione assequi non posse ab omni temporum annaliumq; memoria facile colligitur, siquidem tum Italicis habentis potito principi, tum prouocanti, atque illum ex Italia expellere nitenti. Romanus Pontifex cuilibet ex concertantibus socius accesserit, plurimum potetiae allaturus, aliquo insigni munere erit conciliandus. Hic enim plerumq; vberimus, Italicis bellis, atque tot infantium Christianorum dirissimis cladibus, & sanguine comparatus fructus existere solet, ut ex nobilissimarum gentium miserandis ruinis, noua gens, & domus Italiam illustret, atque ignotum haecenus mortalibus nomen, miserrimis nostri saeculi auribus frequentius, ac augustius insonet; cum tamen ad crudeles illos, atq; mortalium faedissimis stragibus formatos, infanti que sanguine deformatos sonos, vberius collachrimari debuissimus: quis enim no efferus, sed vel mediocriter mansuetus, Borgias, Feltrios, Garraffas, Mediceos audiat, atque ad tam sanguinolenta vocabula non perhorrescat.

Ergo isti liuidi detroctares Urbano attribuere volunt, noua funera dirioresq; mortalium clades, nouos funestissimorum bellorum ingentes apparatus, nouas potentissimorum Europae Regum contentiones, acerbaq; dissi-

III.
Mentē Vr-
bani sine
perturba-
tione Ita-
liae nō cō-
plendā, de-
mōstratur.

IV.
Quam im-
pudenter
imponant
Urbano de-
tractores.

dia dum illi imputant inordinatum desiderium augendi domum, necnō, quod à multo Catholicorum sanguine madente Italiæ solo, Barberina stirps progerminatura sit, cum, ad tantum partum enitendum, innoxio mortalium sanguine ebria, atque exundans Italia, non valeat.

V.
Finis detra-
ctorum, vt
desideant
inter se prin-
cipes-Chri-
stiani.

Quæ ideó euulgātur, vt inter se ardeat Germania, quassentur Gallia, atque fatali quodam exitialiq; furorore Hispania correpta, iras, quas in teterrimos Romanæ Ecclesiæ hostes cōquirit, in Reipublicæ Christianæ ciues, suauissimosq; fratres effundat. Quid enim aliud est, inquiunt ominosi isti vates, & maledicentissimi augures, tam iniquæ, atque à tanto munere alienæ in Gallum propensionis indicium?

Quid ab Hispano, Italicas habenas singulari animi modestia eximioq; pacis studio moderante alienatio? Quid tam studiosa per omnes vias inmensæ pecuniæ conquisitio? Quid denique contra hæreticos Romanas leges, & iura inuadentes, atque miserum, ac lamentabile exitium Religioni minantes, tam perplexū dubiumq; consilium, nisi Italici belli præiacta fundamenta, vt quā læta trāquillaq; Italia, Hispanica Nepotis legatione, gloriam Barberino Thadeo assequi nō potuit, hanc inturbido Italicorum bellorum facilius expiscetur.

Sed

Sed planè petulantes hi detractores Vrbanum Sanctissimum modò ambitiosum, & caducis nimis additum, quod à tanto munere alienissimum est, sed dirum, & impium humani generis turbatorem, quod est in communi omnium parente turpissimum, impudenter sibi depingunt. Siquidem licet negari omninò non possit; ad humanam suæ gentis gloriam, quibusdam Italica bella non malè cessisse nec modice fauisse; ij tamen, quantum Nepotum familiæq; gloriam illustrarunt, tantum propriam Romanæq; sedis clarissimam dignitatem fædissime deturparunt; vt sordes haberentur, & Romani sedis dedecora.

VI.
Etsi aliquibus nò male cesserūt bella fuit cum dedecore Romana Sedis.

Vrbanus tamen, non solum nomine, sed moribus quidem sanctissimus, non minus effera dominandi libidinem, quam reliquos animi morbos, in dicto acerrimò, sed honestissimo bello, ita ab ineunte ætate debellauit; vt vicitrici eius eximiæq; sapientiæ, gloriosa ad victoriam, bella mouere, nedum orbi terrarum funestissima, ad pernitiem, non auferit. Credant ergo alij ab Urbano pijssimo, funesta hæc bella, & nefanda illa hæreticorum arma moueri, ego tantum facinus summo Religionis Antistiti ne mente quidem affixerim; neque crudeli ambitione æstuantem credam, Christianæ

VII.
Vrbanus à detractoribus defenditur: pacificus ostenditur.

stianæ modestiæ, atque disciplinæ disceptato-
rem clarissimum.

VIII.

Quæto de-
decori esset
Urbano de-
recta am-
bitio, quæ-
to malo ab
Hispano di-
siungi.

Imò verò hos sibi ipsis, ut mendax calū-
niæ est ingenium, passim repugnantes, facil-
limè deprehēdas. Cùm enim summa ambitio-
ne Catholicorum arma concitantem; atque
summa prudentia (quam ipsi vocant callidi-
tatem) simul prædictū decantant, sibi ipsis aper-
te contradicunt. Quid enim indignius gene-
roso pectore æternæ gloriæ veræq; laudis au-
do, quam non relinquere potteris misera
Italiæ clade famosum, sed in gloriam tantaquè
turpitudine fœdatū? Quid vel ab humana pru-
dentia disiunctius; quàm ab Hispano, à quo ma-
iores eximijs exornati muneribus ad summam
vsque fortunam gentilicia euexerunt stemmata
insipienter stulteq; discedere?

IX.

Nulla do-
mus in Ita-
lia erecta à
munificen-
tia Gallo-
rum.

Cùm videamus Borgias, Farnesios, Me-
diceos, alios ad summū culmen felicitatis eue-
ctos, ac Hispanica largitate beatos? & aliunde
nec vel una, ex Pontificijs, domus, à Gallorum
Regum munificentia, suum splendorem susce-
pisse, fateatur. Si ergo Urbanus ambitionis fa-
cibus exæstuans Barberinæ domus splendorem
suspiret, prudens ipse omnino non sit, qui no-
tas gloriæ semitas deserat, eiusquè se aduersa-
rium maxime profiteatur, cuius dono, & mu-
nere

nere hanc ipsam gloriam, quâ ardentius exoptat, consequi quam facillimè possit.

Sed dices Hispanum adijisse, tentasseque animos charissimi nepotis legatione, doloreq; repulsæ, mentem ad arma conuertere, vt nihil intentatû relinquat, sed si votis facta non respondeant, nō ipsum fortunæ, sed fortunam ipsi defuisse videatur. Hoc est præcipuum obtrectantium argumentum, quod autem aduersus ipsos fortiùs pugnare facilè deprehendes. Si enim Barberinæ domus splendorē ambitiosius quæreret; & ab Hispano suscipiendam arbitretur; nunquam se ab ipsis faustæ inaugurationis auspicijs, Gallicis rebus omninò propensum, atque in Ludouicum prodinatum ostendisset: sed compositis ad institutum moribus, quam tamdiù in intimis cogitationibus hærentem celauerat, animi propensionē, donec summo Reipublicæ Christianæ Sacerdotio fungeretur, non minori artificio, homo prudens, & callidus, ad illustrandam gentem Barberinam obtegeret, atque ex Gallico corde in faciem erumpentem amorem compressisset. Vt ergò se Gallum profiteretur non ambitione, & prudentia, sed insita quadam à natura propensione ductus est, an autem pro tãti muneris ratione (vel hanc in priuato homine laudandâ) co-

X.
An dolore repulsi ab Hispano nepotis, ad arma conuersus Urbanus.

N

hibere

XI.
*In civile est
 Hispano
 passim ad
 culmen eri-
 gere nepo-
 tes Pontifi-
 cum.*

hibere debuisset, infra disputandum relinquo:
 Accedit quòd nihil potest, Italici belli sus-
 pitione, ad extorquendum egregium aliquod
 munus excogitari ineptius. Siquidē iuxta po-
 liticorum præcepta, necesse est, vt tantus Prin-
 ceps præferat Hispanam gloriam, summam
 Imperij dignitatem, eiusque diuturnam tran-
 quillitatem non decere, quod bellum, vel pro-
 uocet, vel timeat; sed quod Romani antistites
 semel intelligant Italica regna ab illorum alie-
 natione amicitia ve neutiquam pendere, ne se
 belli pacisq; arbitros existiment, atque novas
 in Italia domos ab Hispano bella timenti pas-
 sim extorqueant, (quod adeò Catholico regi
 obserbandum puto, vt hoc vnum politicum
 præceptum sit florentis Italiae suauissimæ trā-
 quillitatis summa securitas, quo vno bellorum
 omnium circuncisis stirpibus trāquillissima pa-
 ce Italia florebit) etenim si Urbanus, ne Galli-
 ca arma in Italiam euocet insigni aliquo mune-
 re conciliāndus est, atque Barberina domus eri-
 genda: Pontifex, qui illi de mortuo successe-
 rit se omnino Gallum profitebitur, & vt sunt
 humana ingenia in ambitionem prona, aliam
 nouam gentem erigere conabitur, aliusq; dein-
 ceps aliam, vt multiplicatis in dies Pontifici-
 bus tota Hispanica ditione cedendum satius
 videatur;

videatur; atque Italia omnino excedere facilius; quam infaciabili, tot summorum Patrum, nepotumq; ambitioni turpiter in seruire.

Vel enim ex proprijs erunt illa munera exhibenda, & sic paulatim Insubriam totam, & Neapolitanum Regnum dum Italica perturbatione amittere timemus, insanis his profusionibus amittimus. Si autem ex alienis; bella quæ timemus excitamus. Ut ergo grauissimis his atque in Hispaniæ pernitiem vergentibus incommodis, tēpestiue occurrat Hispanus, adeo bellum minanti Urbano domum erigere non debet, vt si illud concitauerit, quot possit incommodis affectum doceat, non sine Romani Sedis periculo, & temporalium bonorum iactura Hispanica arma in Italia concitari.

O vtinam Carolus V. futura Italiæ Hispaniæquē mala longius prospexisset, atque Clementem satis castigatum, vt Catholicum decebat Imperatorem adorasset, sed non ditasset! neque Farnesiam domum erexisset; ne erigendarum donorum spes omnes, siqui ambiciosi (vt sunt mortalium ingenia) Pontifices succederēt, in funestissimis Italiæ bellis omnino collocarēt.

Sed plane excusatione dignissimus videtur prudentissimus ille, & Maximus Cæsar, quod subiugata, sed nondum pacata Italia id

N 2 exposcet,

X I I.

Insanis profusionibus, vt amittatur ditiones, quas in Italia possidet Hispanus.

X I I I.

Refutatur Carolus V. Farnesiae domus erector, et si Italia pax id posceret.

exposceret, quod erectus Frāncisci animus præ-
 feruidus, & Insubriā inhians, aliter frangi non
 posset, quod bella Germanica, Belgica, His-
 panica, Africana, Turcica pararentur, at-
 qui diuturna pace confirmato imperio am-
 bitionem Nepotum muneribus alere, à Roma-
 norum Pontificum arbitrio pendere, atq; bel-
 lorum metu Italiam profundere, nō modo ini-
 quum, sed supra quā credi potest insanissi-
 mum puto: quæ ergo ex bellis erigendæ domus
 spes viro prudētissimo oboriri poterit, vt illa
 Italiæ malo appetat ac concitet?

XIV.
 Excusanda
 ab Hispano,
 pecuniarū
 a Romanā
 curiam ex-
 tractiones.

Accedat his alia non minus efficax, firmaq;
 ratio (quam velim Magni Regis consiliarij
 per otium expendant) siquidem compescen-
 dorum Pontificum ratio, Hispano Regi, adeo
 firma stat, & constans, vt faci ius metu, quam
 profusis muneribus frænari possint; cum enim
 Pontificum vires ex Hispanica pecunia paren-
 tur, atque vna Hispania plus vectigalium, at-
 que prouentus, quam reliqui orbis, etiā si ac-
 cedant Ecclesiæ patrimonia, elargiatur, vt po-
 te, quæ sexqui millionem singulis annis Romā
 mittat, sæpius mecū perpendebā, atq; vehemē-
 tius miratus sum Romanum Pontificē, vel vnū
 fuisse, qui Hispaniæ Regis animū exacerbalet,
 cum impedita bullarum expeditione, & inter-
 pellatis

Pellatis datariæ sumptibus, totus Romanæ curiæ fastus corrueret.

Quid enim Roma sine Hispanico argento? & nos Hispani stultissimi mortalium, sanguinè Reipublicæ ad alendos hostes sine vlllo operæ-præcio effundimus. Quid enim commodi, ex suffectionibus in sacerdotijs, quos regressus vocant? quid ex pensionibus exteris exhibitis? quid ex dispensationum bullis? sine quibus & Gallia Christiana est, & Pontificum teneriorè animi propensionem meretur? quantum vel infensissimis nobis Pontificibus, vel præsidij, vel auxiliij Gallica arma in Italia inuenirent, nisi fatali quadam obcæcatione amentati, atquè à nostris commodis alienissimi, Hispanico auro tenuissimas Pontificum opes cumulassemus? vel quid amplius à Pontifice, nostro profusissimo argento, perennique aureo flumine expoliato, nostrisque auxilijs detecto, esset nobis in Italia timendum, quam à Mutinensi, aut Salasio regulo? atqui nostris bonis & armis adeò nobis insultant, vt Paulus. III. Insubriam vniuersam Hispanico auro, à Carolo (in finitis fere bellis exhausto ærario) Gallicam expeditionè, parante & egente, coëmere sit ausus; ita, vt de inhonesta hac mercatura; sermones multi vltro citroque sererentur.

XV.
Roma perit, deficiente Hispano argento, recensentur conquirenda pecunia modi.

XVI.
Opibus Hispanis Curia Romana elucet; quid si collectores ab Hispania repellantur.

Sic, vel paucissimis annis, ingenti eoacervata pecunia, atque miris artibus ab Hispanis corrasa, Gallum euocare, Italiam conturbare, atque in Hispanicum nomen classicum canere non dubitant, sed vereor ne exacerbati Hispanorum animi, vel ex proprijs periculis prudentiores evadant, atque Gallia Christianissimæ exemplo, vel iam sero desipere desinat; atque beatissimas orientis, & occidentis solis gazas, in Romanam curiam parcus effundant. Sed dum de hoc seuerius & opportunius alibi peculiari disputatione differo, mihi interim ridendi sunt, qui Urbanum ad conciliandum summum Barberinae familiae splendorem, Gallum quasi expulsum Hispanos in Italiam, euocaturum existimant, cum verus, & clarissimus splendor, ex splendenti Hispanici auri copia, illustrius, quam ex fulgentibus Gallorum armis, quam ex Italico bello, quam ex Hispanica, nunquam tuta alienatione, emicet, splendidiusq; colluceat.

XVII.
An si Urbanus de omnibus exteris expellendis ageret, civile ei, & Italica esset.

Restat ergo, ut de alia causa bellorum in illaque Urbanum propellente disputemus; illa scilicet quam Leo. X. Pontifex maximus, in penitiori animi recessu incubantem diu cocoxit; atque morte preuentus in fastigium usq; perducere non potuit. Cum enim exteris nationes Italia depellere in animum induxisset, atq; Italia

liam

liam ipsam intestinis bellis quassatam, & pene
 deuastatam, vires negotio pares omnino defi-
 cerent; exteris armis externos frangere, atque
 mutuis cladibus cōcisos, Italicis expellere de-
 creuit. Ergo & Urbanus in eisdē conciuis sui
 vestigijs insistens ad expellēdos Hispanos Gal-
 licis subsidijs & armis vteretur, vt mox nō sine
 magno viriū detrimento victores Gallos, vni-
 ca Italiae Principū consensione, de vi, armisq;
 potito imperio facillimè deturbaret.

In hoc ergo refellendo consilio multus nō
 ero, cum illud Paulus, Paruta, Patricius Ve-
 netus, acuratissima disputatione, olim in Leo-
 ne efficaciter reprobarit, id tamen addendum
 iudicavi argumenta, quæ Leonem in illā men-
 tem adduxerant, in hac rerū Italicarum facie,
 vim, atque constantiam desiderare; quòd Italia
 tranquillissima pace floreat: quod Hispanicū
 imperium firmissimum existat; neque inter ex-
 teras nationes (vt sub Leone) Gallo Insubriā,
 Carolo Neapolim obtinente diu sū; quod Ve-
 netaurum æratium largissimis profusionibus,
 quibus perduelles Batauos texerunt exhaustū
 sit, & Italiae principes nullis priuatis commo-
 dis, rerum Italicarum perturbatione ducantur.

Sed esto consocietur amico fædere Itali,
 vt se in antiquam gloriam, & libertatē vendi-
 cent,

XVIII.
*Refellitur
 cogitatio
 de expellē-
 dis exteris.*

XIX.
*Etiam si fa-
 deretur om-
 nes Itali, nō
 expellētur
 exteri.*

cent, atque excusso seruitutis iugo exteras nationes earumque fœdam (vt loquuntur) barbariem, longissime propellant Gallica arma ad exturbandos Hispanos euocent, expellant. Quid aliud erit, quam dulcissimam patriam, suauissimaque pace gaudentem proferibere; atque tragicæ, ac truculentæ scænæ theatrum erigere? luget Italia æternumque lugebit Leonis dirissimum consilium, atq; infaultissimum illud fœdus, cum duorum & viginti annorum curriculo supra. 200. vrbes deuastatas, Castella amplius tria millia deleta, totaque illa cōtentione (Historicos Italos testor) ducenta millia hominum Christiani sanguinis interfecta meminert: cum tamen tantis cladibus quælitam libertatē, nunquam fuerit consecuta, licet longius ablegatam pacem, in Hispanica potius societate, quàm seruitute, inuenerit; tanti ergò seruitutem in seruitutem mutare, quis emat?

XX.
An Galli appetāt tantum gloriã liberandi Italiam? an propria incrementa.

Atqui Galli, inquires, deletis Hispanis vindicta potius, quam victoria læti, transfuersis horridis Alpium iugis, vt olim Carolus Magnus, Galliam repetent, liberata Italia, gloriosi. Sed quid potest, vel asseri inanius, vel excogitari à Gallorum cogitatione disiunctius? an Gallica hæc tot Regum suspiria? an in sanas, quas iactant opes, & nobilissimum sanguinem temere profundent,

fundent, vt tot tantisq; sanguinis, & pecunia-
rum profusionibus occupatā semel Italiā libe-
ram sibiq; dominantē relinquunt? cæcus fit qui
non videat, non pacandæ, sed occupandæ, nō
liberandæ, sed subiugandæ Italiæ, eorum semper
stetisse consilia. Quis ergo insontes mortalium
gentes inani quadam libertatis specie delusus
furenti Marti obijciat, atque Christianorum
sanguine seuæ semper ambitioni litare nō du-
bitet? quis ergo de Urbano sanctissimo com-
muniq; parente hæc credat? abeant ergo hi in-
vidi, atque tanti flagicij infamia obrutum sui-
que muneris, Christianæq; pietatis oblitum nō
prædicent, turbulentum factiosum, ambitio-
sum Hæretico-Christianissimæque conspira-
tionis architectum non decantent, summum
quippe veræ fidei dispensatorem Ponti-
ficem Maximum quem æternum sibi

Gallia cupit, & orbis adorat, &

nos ad alia properemus.

(: * :)

○

SECVN-

SECUNDA PARS,
De iniustitia armorum
Galliæ.

ARGUMENTVM.

I.
Opportuni-
tatē Turcæ
in hoc Chri-
stianorū dis-
sidio Deus
disiecit.



XIGERET hic omni-
nò ipsius historiæ gravitas,
atq; amplitudo, vt ea quæ
vel leuissimo euentu, atquè
adeò sine vulnere, sine fu-
nere, in nos vitæ bonorūq;
damna pericula que (&
quod pōdus est rei) fidei salutisque excidium,
Turcæ, hostis nominis Christiani, potentia ac
crudelitas propè soluta deriuare posset, vt in-
quam, in partem laborum nostrorum vocare-
mus: quem hodie etsi in tanta temporis op-
portunitate altissima Dei prouidentia, atque
inexhausta bonitas, tùm propria animi cæci-
tate percussus, tùm bellis plùs quàm dome-
sticis irretitum, sic impedire voluit, vt in rebus
Christia-


Christiana reipublica perturbatissimis; tam-
 què infelici Catholicorum principum dissidio,
 mutuaquè honorum dignitatumquè concerta-
 tione, & prorsus in tanta animorum etiam so-
 cietate, non dubia prius colligatorum discre-
 pantia, nihil minùs quàm de exterminio orbis
 Christiani, de que regni incremento cogita-
 ret.

Verùm enim verò stilum astringere lubet,
 & Turcicae seueritatis terriculamenta tãtis per-
 sepponere. At in hoc potius desudamus, vt in-
 iustitiam belli, illicitumquè maioris tituli, vel
 nominis ambitum, tãquam caput summamque
 rei prosequamur; quippe prælibata iam utili-
 tate, quam in ista bonorum præensione nullius
 boni communicationem, nec mereri; nec for-
 tiri demonstrauiamus, ius fasque est, vt, & quã
 longè omnis ab ea sit honestatis gratiaq; splē-
 dor. Subijciamus equidem ad hoc, quod po-
 tissimum nos impellit: sanè illud est, quod,
 quo animo, quo vel impetu Rex Christianis-
 simus in Religionē feratur, quàmque eximius
 pietatis sit cultor, protectorque semper extite-
 rit virtutum, non incerto adhuc rumore per-
 cepimus, ita vt istarum duntaxat inter cætera-
 rum rerum facillime cogitationem desideriumq;
 euincat.

II.
 Finis ope-
 ris, suade-
 re iniustitiã
 belli.

III.
Conatus
Galli con-
tūtur, quod
Imperium
obtineat.

Itaque huic, quod probandum accepi tan-
quam principem locum, in hoc cōtinuationis
decurſu ceſſi, atque imprimis ſublinitatis no-
mina, tantorumque communi tranquillitatiq;
obſervantium coniunctionum cauſas, & hære-
ticas plenas vaſſitæ, plenas ſimulatione cōſti-
pulationes, ſuſtentationeſque recte conſeſſas
excuciēdas diſutiendasq; ſuſcepi: Et è nume-
ro omnium maior illa eſt (quantum opinione
aſſequor) quia ius coronæ Imperialis extra
Francorum Regum propaginem, nulli alteri
debeatur, idque virtute comparatum ea nimi-
rum, qua antiquiſſimum illud occidentis Im-
perium excitauerint, vel alterum Orientis il-
luſtri Caroli Magni ſceptro regali Franciæ
quaſi cognato, opera virtuteque traductū ſuſ-
pexerint.



S. Primus.

*Francos pro iure armorum gratis prætere titulum
translati Imperij.*

1.
Imperium
diuerſum
eſſe a Gal-
liæ regno.

TA M parum iſta iuris prætenſio ad fæ-
dera ſocietateſque cū Catholiciæ fi-
dei hoſtibus, publicæq; pacis pertur-
batoribus tractandas communicandasque, va-
lere

lere mihi viffa fuit, tamque ad bella vrgenda inefficax, vt verbis attingere (nedum immorari) superfluum propè duxerim. Fecit tamen quorundam Francorum Caluino maximè nomine notorum, libertas, ac penè impudentia, qua in pacis, atque adeò in ipsius demolitionè abvtuntur, quaque, vt ruinam rerum, quasi vniuersalem faciunt; discordiam malorū procreatricem Galliam inter Germaniamque eo modo coustituunt, vt Germanici Imperij ius in dubiū reuocantes à Francico regimine nullo modo diuersum esse velint, *Sabellic Ennead. 8. lib. 8. infine. Donnatus Acciaolus Florent. in vita Carol. Magni. Blond. decad. 1. lib. 5. pagin. 64. Alciat. lib. 2. dispunct. cap. 22. in fin.* Fecit enim ea hominum istorū procacitas, vt rationibus, quibus suam veritatem stabilire nituntur, sic occurrere apud animum constituerim meum, vt quàm longè à re ipsa dissideant, quamque cum ratione, sine ratione agere possit apparere manifeste.

Atque vt res ipsa elucescat magis, sciendum est Leonem III. Pontificem Maximum, tum quòd Longobardorum armis Italiã premi opprimiquè, Ecclesiamquè tutamine esse destitutam, sentiret, tum quod id temporis regnum Constantinopolitanum muliebri, & manu

II.
Ex quibus
causis Leo,
Imperium
trāstulit ad
Carolus.

manu, & auspicio gubernaretur, tūm quōd errores Græcorum inualuissent, quibus cum Ecclesia conflabatatur. Et Occidentis Imperiū quod à morte Augustuli per annos 325. fuerat extinctum resuscitare sibi propositū habuisset in illisce quidem partibus tunc penitus extinctum. Atque pro tanto ausu, vt eximij cuiusdam imperterritique viri opera niteretur, Carolum fama hominum celebratissimū, atque ob factorum magnitudinem Magnum, in hoc opus tam arduum, & periculosum seligere voluisset.

III.
Subditi destituti ab Irene, iure confugiunt ad Leonē.

Quod totum equissimè transactū est, tūm quia sub legitimo cōsensu Irenis Imperatricis, tūm quia eximia eius virtus, spes subditis non obscuras faceret prodicionis, ideo cū se à proprio Principe destitui vidissent, licitè ad Leonem confugerunt. Bald. lib. 2. consil. 188. Decius lib. 3. consil. 117. Paul. de Castr. in repet. l. 5. ff. de iust. & iur. Sigon. 3. de reb. Italic. Itaque eorum precibus acquiescēs; atque Italix, & Religioni dira calamitatum mole pressus Leo, vt se, suosque leuaret iure ac lege vtens ad Carolum Imperij fasces transmisisit.

IV.
Ex quibus velint Galli non separandū Imperiū a suo regno.

Sed quamquam Galli asserant eorum regnum olim auulsum ab Imperatoribus Romanis ex Procop. 3. Goth. Zon. suoque regno tamquam

quam Imperij parti, ius Imperij occidentalis ante Carolum Clodobeo tributum ab Anastasio, Bonifac. 8. ex. 10. Vng. 1. Guic. 13. Ideoq; à Leone auelli non potuisse à Regno Francorum, presensque ius septemvirum constitutum per affectionem sanguinis, & patriæ à Gregorio viro Germano, & Othonis cognato, nihilominus hæc non procedunt.

Primò, quòd penes Imperatores Constantinopolitanos mansit ius vtriusq; Imperij, vsque ad Irenem, quando Græcorum hæreses ita invalescere animaduertit Leo, & ipsam Irenem, & eius consiliarios penès quos rerum summa erat, erroribus scaterere, quòd in Carolum, non verò in Francorum Regum familiam coronam transtulerit, c. venerabilem 34. de electione, ibi. cum ad eos ius, & potestas huiusmodi ab Apostolica Sede peruenerit, quæ Romanum Imperium in personam magnifici Caroli è Græcis transtulit in Germanos, & gloss. verbo Germanos. Can. in die resurrectionis de consecr. distinct. 5. ita habet, maxime à tempore quo, Theutonicis concessum est: regnum nostræ Ecclesie, c. ego Ludouicus. 63. dist. & per nostram Apostolicam auctoritatem concedimus, atque largimur domino Othoni primo Regi Theutonicorum, eiusq; successoribus regni Italia in perpetuum eligendi successorem. Quæ sanè iura, vt manifesta sunt

*In Caroliã
vt Germanum, nõ in
familiam
Francorum
regni Imperiũ
trãslatum.*

sunt, sic in persona Caroli tanquam Germaniæ principis, non autem successoris Francorum occidentalium, separationem Imperij factam demonstrant, ipsaque Pontificum mens, etsi sub diuerso tempore semper Germanos respexit.

*V I.
Idem ius
habebant
alia regna
regebat Ca-
rolus, ac
Regnū Frā-
corum.*

Secundò, quoniam posteaquam, ista Caroli successio finem sortita est suum, electus fuit Conradus, & mox Henricus, sicque in filium Othonem primum producta diadematis participatio, Pontifexque Theutonici Regni, titulum in ipso confirmavit, atque Theuticos tãquam hereditatem, illum retinere voluit: nimirum qui istam regni derivationem in Carolum tanquam Germaniæ (vnde & originem, & nomen, vt Germano-Francus, non Franco-Germanus appellaretur traxerat) non Franciæ Regem fluxisse mirifice intelligebat: quod si tamen ista semper transmissio in Carolo non substitisset, sed ea, quibus tunc potiebatur, regna, iure Imperij permanissent, & in plurius communiōe se fundare vixisset, certè eo ipso electi Caroli, singulæ prouintia ius coronæ prætere potuissent, vt Burgundiores, Saxones, Longobardi, Gualcones, Beneuentani Gothi Alemanni, quibus tunc temporis Carolus imperabat *can. volumus 27. 11. qua-*

stione.

Stione I. Sed obsecro aliqua ex his unquam id attetare ausa est? quamquam dictus cano à Carolo Imperatore promulgatus fuit (quamquam illum alij tribuant Theodosio Irenensis libr. 5. cap. 42. Ergo hoc non plus Francorum causæ patrocinari potest, quàm in fauorem cedere Germanorum, cum Carolus utrorumque princeps existeret.

Sed cum hæc que allegauimus Francorum opinionem euertant, illi citata iura, vel corrigere, vel destruere laborant: hinc verba can. Ut ut in die: in nouis tantum decretis apposita contendunt, atque à Gregorio VII. confectum fuisse illud caput, quum iam annis tamen plus centum Otho Primus præcesserat, atque adeo in antiquo illo decreto megnò nusquam reperi-ri? Præterea Innocentiū asserūt male cōtexuisse historiã in cap. venerabilẽ. Sed leuia sunt hæc, & nervum non habent. Quid enim si equa, cuique pro iubidine tractanda corrigenda iura concederetur, potestas? quantum hoc non fert detrimentum, quanta non veritatis obumbratio? & parum, imò nihil ad rationem nostram facit, quod Procopius, & Zonor. scriptores Græci, neque ita in hoc præsentis negotio versati, translatum in Francos Imperium affirmēt, iam enim isti hoc nomine abutebantur tanquam

VII.
Obiectio-
nes Gallo-
rū aduer-
sus iura
predicta.

magis cognito, atque vsurpato in his quibus Carolus imperabat Prouincijs, vt si diceres Carolum V. Hispaniæ Imperantem, & postquam electus in Imperatorem esset, Hispanum Germaniæ imperare, vti Austriacus regnaret.

VIII.
Ab Historiarum serie euincitur è Gallia regno separatum Imperium.

Neque minus extractam ex iuribus veritatem, ipsæ etiam historiæ confirmant: de Carolina successione hoc comperimus, quod multo tempore vnita Coronæ Fræciæ, Monarchiã quandam effecerit, quæ Germaniã vna, & Fræciam, & Italiam amplecteretur, quoad Ludouicus Pius in tres suos filios, eas, quarum dominium habebat, partitus esset; quorum primo, ac primogenito suo Lothario Imperium Italiæ Germaniæque cessit, cum titulo Imperatoris Occidentis: Bauariam in Ludouicum transtulit; Fræciæ occidentalis regno Carolum Calvum è Iuditha altera sua coniuge susceptum insigniuit, in qua Imperij diuisione certum est nullam inter Fræciæ Coronam, & Imperium communionem intercessisse. Siquidem dummodò aliqua interueniret communio, Imperium vix dùm quasi ab interitu reuocatum, atque Galliæ Coronæ intextum, penè in ipso aggregationis articulo, à Ludouico segregari longiusq; diuelli nõ posset. Ludouicus ergo, qui

qui Imperium à Gallicis habenis distraxit, probè nouit exploratumque habuit Imperij gloriam nullomodo ad Galliaë coronam regnumque pertinere.

Sed insurgunt aduersarij, vt nostrum argumentum conuellant, eiusque constantiam labefactare conantur, ex eo quòd bella legant, & discordias, inter Ludouici filios tunc temporis exortas, quæ ex iniusta Imperij à Galliaë regno distractione, ortum, originemq; traxisse disputatores isti decantant: Sed quis non videat auctores istos meras nugas passim venditare, cum ante Imperij à Galliaë regno separationem, turbulentum filiorum Ludouici ingenium, nimia patris indulgentia erectum, & cõtumax patris Imperiũ sæpius perturbasse, atq; pijsimum senem, de sede Imperij deiectum, regni quoq; honore, & diademate impijsime expoliasse, quæ *Sebastian. Munster. lib. 3. Cosmographiae Lupold. de diuisione regn. Francor. cap. 2. Reginus in 2. Emilius, in 2. Blondus, in 2. Ioan. Tilius, Sigisbertus, & alij Germanicarum rerum historici narrant.*

Et verò perniciofa illa dissidia ex imperij à Gallico regno separatione, nata non fuisse euidentius ostenditur, siquidem Lotharius primogenitus, in quem hæreditario iure Im-

*IX.
Dissidia inter fratres parũ emincunt pro Gallis.*

*X.
Dissidia nõ fuisse orta inter filios Ludouici ex separatione Imperij a Regno Galliaë.*

perium mansit, & Gallicam Coronam indissolubili nexu illi commissam obtinuisse debebat, atque Ludouicus pater qui reliquis filijs prouincias hæreditarias designauit, Lothario primogenito iniurius fuisset, illumque contra ius fasque, tanta suæ dicionis porcione defraudasset, atque adeò mirum non fuisset, si armorum potentia illa, iniqua diuisione dilaceratam hæreditatem vindicasset, vt olim vidimus in Sancio nostro ad Zamoram occisso, qui à patre diuissum regnum expoliatis fratribus Alfonso, & Garcia recuperauit, atque in pristinam amplitudinem asseruit. Sed adeò Lotharius de imperij segregatione non curauit, aut vnquam conquestus est (vt potè qui probè nouerat nullam inter illa communionem intercedere) vt sic ipse fuerit à fratribus bello appetitus, & ad arma vltro prouocatus, imò verò cum aduerso Marte dimicans, sæpiusque superatus, quas fratres vellent leges accepisset, numquam de Imperij dignitate disceptarunt, cū liquido cōstaret, omnibus Imperij iura à Gallia regno secreta manere, nulloque vel iure, vel consuetudine commissa. Quod si illa scepra firma aliqua communionem iungerentur, cum Germaniæ Reges, & Imperatores perpetua principū successione Lotharium primogenitum subsequantur

quantur, eiusque Imperia, & iura obtineant; sequitur Germanos, iure, Gallica sceptrum, non vero Gallos Germanica repetere posse, cum Lothario primogenito indivisa illa sceptrum deberentur.

Nec me mouet quod Carolus Calvus Imperij fastigium Galliae regno adiecerit, atque haec sceptrum iterum coniunxerit, siquidem non iure, aut hereditario munere, sed armorum potentia, id consequutus est, atque spoliatis Ludouici II. filijs Imperij fastigia, irrepentibus armis ambiciose peruasit: Imo verò bellorum iustitia Ludouici filios propugnante, praelio superatus Calvus excessit, mox Ludouicus Valbus, qui eadem sceptrum decedente Carolo iuuaserat à Carolo Craso victus, peruasit contra ius fasque Imperij pœnas dedit.

Quæ omnia manifeste probare videntur; primùm nunquam Gallicam Coronam Imperio cohonestatam fuisse, nisi aliqua vis, atque potentia armorum interueniret, postquam in Lōtharij persona ab illa diuulsam est. Secundum, quòd imperij dignitas in nulla ex Carolina gente, familia conqueuerit, nullique hereditario iure pertinere potuisse: siquidē omnes ferè familiae, ex Pipina gente illam ambiebant, atque tantis artibus in eius fastigiū con-

X I.
Carolus Calvus nō iure hereditario, sed vi armorū peruasit Imperium.

XII.
Cōcluditur, nunquam adiectum fuisse Imperium Gallicae coronae.

tendebant, quod ne utiquam euenisset, si in aliqua familia cõquieuisset, illique ex iure an exũ esse exploratum haberent.

XIII.
*Fluctuauit
Imperium
donèc con-
quieuit in
Germanis.*

Accedit quòd Itali etiam, Berengarius, & Spoletanus Dux Imperium appetere, eiusq; insignibus vterentur; quo ergo prætexto nomine, egregium illud Imperij decus ambirent armisque repetere conarentur, si tunc temporis eius fastigia penes Gallorum Regna constituta ex iure, illisque adscripta liquido constitisset; fluctuauit ergò huc, atque illuc à Gallico Regno semotum Imperium, donec tandem in Germanico Regno conquieuit, atque in his Germaniæ principibus, qui perpetua successione Lothario Pij filio successi, Germanica sceptrum tenuerunt obfirmatum est, atque tot summorum Antistitum decretis confirmatum. Quid ergò antiquitatis nebulas appellant isti scriptores, & tenebras quærunt, quibus lucem eripiant, & quasi noctem quãdam rebus effundant.

XIV.
*Euincitur
nũquã Gal-
liæ sceptris
anexum Im-
perium.*

Quæ cum ita sint superest, vt aliam nõ minus constantem torosamque rationem, atque aduersariorum cauillos omninò relegantem compingamus, atque ab ipsis historiarũ monumentis efformemus. Et imprimis præmittere collibuit, quòd aduersarij etiam non egrè fatebun-

fatebuntur, Germanicum Regnum à Gallia
Corona discretum, à Lothario, & Ludouico
fratre in Germaniæ Reges vsque ad Ludouicū
Quartum, cui extincto Caroli Magni, in illa
familia sanguine, nobilitatis suffragijs Cuntra-
dus Primus suffectus est, & huic Henricus Pri-
mus Saxo, & huic Othones ad Henricum Se-
cundum, qui primus Imperator dicitur, quod
cum negari omnino non possit, ex eo argumē-
tum firmissimum conficio, Regnum Germaniæ
nunquam Gallia sceptris adnexū fuisse, ex quo
Pius regna in filijs diuisit; atqui Germanicū
Imperium, & Regnū, idem prorsus sunt: hoc
enim hodie Imperij nomine intelligimus, cum
in Italia vmbra quamdam Imperij, vanumq;
quoddam Regnum tantū obtineat. Ergo Im-
perium ad Gallica sceptris pertinere omnino
non potest, sequitur ergo ex necessarijs Gallos
Iureconsultos, & Historicos nugari, atque
absoleta hæc, & inania iura inaniter osten-
dere.

Sed dicet forsam quispiam extincto Caroli
Magni sanguine in illa familia, Cuntradum
iniusté, ac temerè nobilitatis suffragijs in Ger-
manicum Regnum erectum fuisse, superstitie
adhuc ex Carolina gente, licet ex diuersa fami-
lia Carolo, quem simplicem ob ingenij tardi-
tatem

XV.

Capeta gēs
nullo iure
Imperium
appetere po-
tuit.

tatem dixerunt qui tunc tēporis in Gallia regnabat. Sed, ò, bone Deus, nūm etſi Carolus ſimplex Germanica Regna iure repetere poſſet (de quo non diſputo) illud ſanguinis ius in Ludouico Quinto, cum ipſo ſanguine non fuit extinctum ? Quo ergò iure Hugo, & vniuerſa Capeta gens, quæ Gallica Regna inuaſit, Germanica repetat Regna, potiùs quàm Cunradi, & ſucceſſores à nobilitate ſuffragijs electi Gallica Regna repetere poſſint. Conſtet ergò nullam, Franciam inter, & Germaniam ſceptrorum communionem intercedere, aut vnquam interceſſiſſe.

*XVI.
Germani
efficaciter
probant ip-
ſis aduexiſ
Imperium.*

Prætereá Germani non efficaciter probant Imperij decus Germanico Regno adnexum alligatumque á Lotharij temporibus extitiſſe, atque adeò Cunradum, qui primus ſuffragijs nobilitatis Germanica ſceptna obtinuit : & Henricus, qui Primus è Saxonum gente, & Othones ad Henricum Secundum Imperij honore decoratos fuiſſe, quod ſi verum eſt, vt apparet, quid Galli ineptiant, atque nouas ex antiquitate nugas nobis venditant. Sed eſto id dubium ſit, id tamen negare non poſſunt Henricum Secundum, quem primum Imperatorē vocitant, Imperij ſaltigium tenuiſſe, cuiusque habenis potitum, quem eodem proſus iure,
eadem

eadem suffragiorum consensione, reliqui Germani commendata sibi Imperij susceperant, præcipuè postquã ius suffragij penes septēviro-
ros māsit, & electionis iura per Bullam Aureã, quam vocant, sancta inconcussa que manserunt.



§. Secundus.

Aurea Bulla impugnata a Gallis, defenditur.

SED nova hic nobis cum Gallicis Iure-consultis bella, novi occurrunt cavilli, novæ regnæ, cūctis enim artibus Aureã Bullam evertere, eiusque fidem eleuare contēdunt. Negant ab vlllo Pontifice approbatam fuisse, ex eo quod non liquido constet, quo tēpore Bulla hæc vulgata fuerit, atquè adeò dū antiquas de ipsa opiniones efficacius refellūt, illustrissimam arbitrātur reportasse victoriam, ac quasi de Germanis euictis nobilissimū agerent triumphum, antiquitati insultant, atquè nostræ ætati os sublinire arbitrātur, ego quidē arbitror prælapsis sæculis cū bellorum strepitu, melior literatura exulauit, id planè à iurisprudentibus non fuisse satis exploratum, vnde

*I.
Auream
Bullam si-
ne origine
volūt Gal-
li.*

Q aliqui

aliqui, vt *Blondus decad. 2. lib. 3. Sabel. Enead. 2. lib. 2. circa medium* arbitrantur ab Othone I I I. vulgatam à Gregorio V. conformatam fuisse, alij eius cōfirmationem ad Ioannem Decimū, alij ad Siluestrium Secundum, deuoluunt, & *Zarabel. in cap. Venerabilem, S. verum versiculo ex presupposito de electione*, tenet post Othonem Tertium conditam fuisse. Alij sub Cunrado Tertio ex eo quod in dicto capite, venerabilē scriptum legant Cunradum, & Lotharium dissidentibus suffragijs fuisse ad Imperij fastigia euectos, & sic alij alia non minus falsa protulerunt.

I I.
Aurea Bulla à Carolo Caluo condita,

Atqui postquam mitiora secula, terrarum orbis nactus est, atque omnes artes policiores esse cæperunt, & antiquam barbariem eruditi nouis vigilijs longissimè depulerūt, adeò certum est Auream Bullam à Carolo Quarto, conditam, à Gregorio Decimo confirmatam fuisse, vt nullus sit vel mediocriter eruditus, qui de hac re meritò dubitare iam possit.

III.
Bulla Aurea origo, & auctoritas stabilitur.

Cum enim ex omnibus Germaniæ regum electionibus, ante Fridericum Secundum, manifestè cōstet, nobilitatis suffragijs electos, neque vllum sit apud autores de septemviris verbum, sed multi ab Episcopo Vanvergeni inter alios electi dicantur, certum est ante Fridericum

ricum Secundum septem viros non fuisse. Præ-
 terea cum illius Bullæ conditor diuturno tem-
 pore olim stabilita asserat septemvirorum suf-
 fragia, necesse est, quòd eius autor Federicum
 non modico temporis interuallo subsequutus
 sit: Accedit quòd Bullæ conditor se regē Boe-
 miæ disertè nominat, quo vno fundamento
 Othonis tempora, in quibus Boioemiæ reg-
 num non erat, sed duces duntaxat Boioemici
 dicebantur apertè excluduntur, atque suade-
 tur efficaciter Carolum Quartum Aureæ Bullæ
 conditorem extitisse: Mito alia non minús fir-
 ma, huius veritatis fundameta, quæ apud *Onu-
 frum Panuin. de septem viris*, eruditus reperiet,
 & *Antoninum Beuterum libel. de electoribus imperij*.
 Constet ergo de Bullæ autoritate.

Sed quid iam moror esto nihil certum de
 Bulla haberemus, nihil hoc in septemviris ius
 suffragij imminuere valet, ad stabilienda enim
 iura tacitus obtinet principum consensus, at-
 que consuetudo æquabili omnium provincia-
 lium plausu firmata, vt immerito de alio iuris
 testimonio simus solliciti: Imperij autem prin-
 cipes, & quod reliquum est in Europa septē-
 virorum eligendi consuetudini consensisse, at-
 que ab antiquis nostrisq; maioribus olim fuisse
 receptam, adeò manifeste probāt tùm historiæ,

IV.
 Etiam non
 extāte Bul-
 la aurea
 Principum
 Europe cō-
 sensus iur &
 suffragiorū
 firmaret.

tum iura, ut demens sit qui illam obscurare ne-
dum omnino contendat, *cap. venerabilem de*
electione, ibi. ad quos de iure, & antiqua consuetu-
dine noscitur pertinere, praesertim cum ad eos ius, &
potestas huiusmodi ab Apostolica Sede pervenerit.
Ridendi ergo qui de iure, & consuetudine du-
bitare videntur, & quidem si de iure verba tex-
tus ita interpretentur, atque exponant, ut In-
nocentius de Imperij translatione ab Aposto-
lica Sede facta loquatur, non vero de iure eli-
gendi apud septemviros.

V.
Consuetu-
dine eli-
gendi pro-
bata non est
necesse quod
probetur
ius suffra-
giorum ad
septemviros
restrictum.

Planè hæc cavilla magis quam firma expo-
sicio vim nostri argumenti non eleuat; impri-
mis, quia licet nulla mentio fiat iuris eligendi
per suffragia septemvirorum, tamen consuetu-
dinem probat, quæ iure extitit receptaq; fuit;
Illam fuisse autem per iura suffragij eligendi
Imperatorem ex historijs, & communi Europæ
sensu evidentissimum est: ergo iure confirma-
ta manet hæc ipsa suffragiorum consuetudo,
licet in ipso textu nullatenus exprimatur: nam
si Pontifex confirmasset consuetudinē eligen-
di in Regem Poloniae, licet de suffragijs non
meminisset, suffragia tamen Sarmatica confir-
masset. Deinde esto nullo iure confirmata sit,
ipsa consuetudo legis, atque iuris constantiã
optinere disputamus; quo ergo spectant Gal-
lorum

lorum sophismata?

Accedit quod nihil infirmius excogitari possit, quàm absoleta quædã iura ad euertendã tot sæculorũ plausu firmatã formatãque consuetudinẽ, ostentare *Nicetas* 1. *Isocrates Archid.* ib. aiunt *Lacones hanc colimus terram ab Herculis posteritate datam, Delphico Oraculo confirmatam, & incolis eius bello superatis, non vos latet possessiones siue priuatas, siue publicas, præscriptione longi temporis confirmari.* Quo etiam titulo vsus est *Lepte Ammonitarũ Regi* absoleta quædam iura ostentanti. *Iud.* 11. dum habitauit *Israël* omnibus illis, *Ciuitatibus* trecentos annos, quare non eripuisti illas tempore illo. Omnes enim viri prudentes iniurias nullum meminisse suadent perfriatæque frontis esse vetera renouare, *Nicetas* 1. ib. *obsolesis criminibus perfriatæ fronte renouandis rex Sicilia bellum Imperatori minatur.* Et nihilominus Galli semper semperque bella mouent, vt totã Europam ex iuribus vetustis repetant, & in re parui momenti sunt eorum cogitationes.

Poriò autem si hæc quæ temporis diuturnitate disputauimus inania sunt aut leuia, videant Galli an alio iure nixi, Imperij Romani iugum excusserint? An Imperatori antiquum seruicium repetenti antiquitatis iuribus placidè ob sequentur? nullum aliud ius præter præscriptio-

V I.
Non sunt ostentanda obsoleta iura ad infirmadum sæculorũ plausu, quid inductum.

V II.
Iure minus quam audacia instant Galli.

scriptionem Gallicæ libertatis extare manifestum est.

VIII.
Argumentum a prescriptione
quæ contra principem
non currit
reijcitur
exemplis.

Neq; obstare potest quod aliqui obijciunt scilicet præscriptionem contra principem non valere, siquidem centum annorum lapsu firmatam ratamque manere contra principem cautum est, *Alex. lib. 1. consil. 84. Alciatus in l. 25. C. de pactis.* Sequitur ergo Gallos tam frigide, & ineptè dubia, & inania iura eruere, ut Imperiū repetant, quàm frigide Masinissa Cartaginis dominium olim apud Romanos: *Liuius lib. 34.* sibi vendicabat. Non minùs absurdè quam ridicule Solimanus Constantinopoli à maioribus suis occupata, Constantini magni ad Imperiū iura etiam vsurpabat: Carolus V. alia superiorum Cæsarum, Rex itidem Persarum omnia, quæ olim vsque ad Alexandrum Magnū fuissent Imperij Persici: nec non Antiochus, qui eodem prætextu Ionas Æolesque est aggressus quòd aliquando sui subditi fuissent.

IX.
Inueterata
præscriptio
Germanorum
excludit
cauillationes
Gallorum.

Ergo idem euenit Gallis postquam Bullā Auream semel receperunt quādo eam cauillationibus inuoluunt, ac quod refert *Iouius libr. 1. c. Decianus lib. 3. consil. 19. ibi. parum sincera fide veteris pacti conditionem multis iuris cauillationibus inuoluebat.* Facessant ergo frigidi isti iurium interpolatores, & constet, quod etiam si Imperiū Gallicæ

Gallicæ coronæ olim adnexum fuisset (quod manifestè falsum esse ostendimus) ius illud iam temporis lapsu antiquatum esset atque Germaniæ principibus sufficere inueteratæ possessionis ius certum est. *l. 9. C. de pignor. actio. Alexander lib. 1. consil. 84. & lib. 5. consil. 16. Eugen. lib. 1. consil. 16. Alciatus lib. 3. consil. 108. Iouius lib. 1.*


Quæ autem de Imperio diseruimus de alijs iuribus ad Insubriam, Neapolim, Burgundiã Belgium, & Pæmpeopolim occupandas, belloque repetendas à Gallo ostentatis, statutum puta, crede què bellum hodie nam tam iustè inferri, quàm agere de causa aliqua prætexenda, vt iura à principio incerta iam dissimulatione abolita recētiorē causam dent, etsi iam in conuentionibus pacis tanquã antiquata prætermissa fuerint, *Zanor. ibi.* Eam causam prætexentes, quod Græciam Philippus inuasisset, sed re vera ob priores iniurias. *Natal. Comes lib. 2. l. 2. ff. de iniur.*

Nequè vrget multum doctrina *Bald. in auth. nisi. C. de bon. marr. Cefal. consil. 697. Gabr. consil. 163.* qui docent, quòd impeditis non officiat temporis lapsus, vt propria iura ex aliena præscriptione amittant, Galliquè impedimento se firment: siquidem quantum ad Imperium attinet vanum est argumentum, cum aded expediti fuerint

X.
Dictade Imperio locū obtinent in Insubria, & alijs regnis, propter que Gallus inhiat.

XI.
Parū euincit pro Gallis prætextum impedimentum.

fuerint Galliarum Reges, ut sacrum Hierosolimitanum bellum sæpius gesserint, atque ex Gallicis historijs constat Galliarum Reges, semper prælapfis sæculis ad sua iura repetenda expeditissimos fuisse, sed quatum ad Italica iura quis non rideat post tot ingentes bellorum apparatus, post tot dimicationes post tot ad eam accessus, & recessus post tot annorum possessionem, vsucapioni non esse locum contra Gallos, constat ergo arma Gallica, atque Hæretico-Christianissimam conspirationem ex antiquis iuribus, atque Aureæ Bullæ convulsione honestari non posse.



S. Tertium.

S. Tertius.

*Heretico-Gallica fœdera iniusta, quod in Reli-
gionem conuertantur.*

R E R V M animorumq; demitricē auariti-
am admiratus quondam Poëta,
hac nō tam celebri quam lugubri ex-
clamatione prosequutus, mundo repræsenta-
re, animisq; æqui amantibus sapienter incul-
care voluit.

*Auri sacra fames, quid non mortalia cogis
Pectora.*

Et nos vastum ambitionis Imperium sæpè sæ-
pius experti, hodieq; in Fræcorum gente ela-
tione quondam fastu prædominanti non leui-
ter indignati, quod (Poetam sequendo)
ita exclamare, etiam contenta voce, vt omnes
boni audiant, possumus?

*Turpis honoris amor quantum non Gallica cogis
Pectora?*

Nimirum cæcitate tam infelici miseri, nō quid
liceat expendunt, sed quid propriæ commodi-
tati, Regiæque excellentiæ amplificandæ com-
petat, pro lubedine sequuntur: & sanè potentia
inferiores, cum, quod amant, expetuntq; diffi-

R ciles

I.
Non quod
licet, & de
cet, sed
quod pro-
dest respi-
ciunt Gal-
li.

ciles habeat aditus; solusque Gallicus fûror in assequendo deficiat, & audacia & impietate plusquam barbarica impulsî, fremunt.

II.
Degenerât
Galli à Re
ligione in
hoc fœdere.

Extra Regni limites iam pietas euadit, & infidelitati gentium permixta in detestandam improbitatem, perfidiamque transmutata degenerat: & (prò pudor!) quid pios, tantoque nomine eximios, cum impijs animos, & manus coniungere cœgit? quæ conuentio Christi ad Balial? quid fidelitati cum infidelitate? quid, inquam, Gallo cum Batauo, cum Saeco, cum Dano, Saxone, Brandemburgio, quid cû execranda prauitate, cum Turca, dico, Orci pabulo? Gallus, vt fines Regni producat, impius esse, sceleratus esse, atheus esse, non perhorrescit. vox aspera, vox truculêta erat ista, & matre de filio indigna; *Occidat modo imperes: at funeltior, execrabilior, & sine Religione illa, vt Francus Imperet, tota Haereticorum, infideliumque ad fœdus stet colluvies.* Pulchra profecto insania, notâda planè vecordia est: Ecce, Galus, cum nequeat superos (superis infidus, cum fidei hostis) Acheronta mouere, per summum nefas ellaborat.

III.
Scriptura-
rum testi-
moniocooperit
Gallus fœderû
turpitudi-
nem.

Atque vt crudelitati isti, velum aliquod at-
texat, quo turpitudinis suæ factum obuoluat,
ne aspectantium oculos petulantius verberet;

sacrarum

sacrarum scripturarū audet patrociniō se tueri, & vt iniqua saluet fœdera, fœdus Iosuaē cum Gabaonitis adducit; coniurationes Israēlitarū cum Amorrhæis; compositionem Dauidis cum Achi Rege Geth infideli contra Saulem. Copulationem Iudæ Machabæi Hebræorum Principi cum Romanis gentibus. Diui Pauli pro- uocationem Pharisæorum, ad sui defensionem.

His, inquam, virorum maximorū exemplis, ad tuendum corrigendumque facinus vitatur, quidquid tandem Deus abnuat, & quantum- cumque omnipotentis præceptum repugnet. *Exodi. 23. & 24. Num. 23. Deuthero. 7. ubi ita. Ne pangatis cum his fœdus, neq; gratiam facito eis: Ne habitato in terra tua; eijcietus omnes à facie vestra; omnino internecioni deuouete eos.* Scripturæ itaque arbitrio se defendens, etiam in apertissimum illiusmet iniuriæ periculū, atq; Christiani nominis, cuius excellentia gaudet, detrimentum se conijcit, & nullum pro ingenio, discrimen constituens, effræni quodam impetu, ad solo sensu apprehensam, non benè cognitam licentiam digreditur, atque ita hominū sordidissimorum commixtura Religionis, puritatem, integritatemq; conuellit, atq; contemerat, tanto longius à fidei tutela recedens, quanto propius isti societati appropinquat.

IV.
Scripturis
repugnant
fœdera Gal-
lorum. ope-
raque eo-
rum pericu-
lo Religio-
nem expo-
nunt.

Neque tamen, cum in hoc culpando facto duriores videmur, omnem cum infideli cōmunicationem excludimus, quippè suos patitur terminos quælibet concessio, & non obstantibus exemplis prioribus, cum infideli agere aliquando Principi Christiano licitum scimus. *cap. Iulianus 93. cap. quòd culpatur, cap. si quis 11. quest. 3. cap. quicumque 12. quest. 2.* At cum vrget prohibitio cælo data, rescindatur necesse est à subditis, quod ei præiudicare cognoscitur, sitque maius præceptum Dei prohibentis, quàm iussio Regis iuventis, *cap. si Dominus, cap. non semper, cap. qui resistit. 11. quest. 3.* Quod si tamē omnis illa conventio cum Deo nō pugnat, statumque Religionis non subvertit aut detruncat fidem, sed proprio non nisi emolumento accommodatur, Domino fædus tale ineunti inferuire potest. *Oldra. consil. 73. Ioan. Andr. in adit. ad specu in rub. de iudæis.* Permittunt enim iura defensionem corporis, & rerum suarum. *ut vim ff. de iust. & iur. l. n. C. unde vi c. 3. §. si vero de sent. exc.* Atq; ex causa communicare cum excommunicato nefarium non censetur, neque obstat sanè cum infideli coire, ipsiusque adiutorio belli causam, atque euentum tueri: hac æquitate vsus Iustinianus, ad Persas fædera extendit, *l. 2. C. de off. præf. prætor.* Et Maximilianus

v.
Quando licet
Christianis cum
infideli mi-
litare.

milianus alijque quam plures Germaniæ Prin-
cipes similia protestantium auxilia conjunctio-
nesque ambiuere. Et istā legem vsurpans bea-
tus Gregorius, quod Longobardorum con-
suetudinem haberet, detrectatus, sic se excusat,
iure reprehensione carere, *in can. si in morte. 23.*
quest. 8. Et cum Attila illo Dei flagello, cum
in discrimen Romanam adductam Ecclesiam
cerneret, sic pacisci non dubitauit.

Quod si ita est, tantaque exemplorum se-
rie nititur Gallus, cur liberius eum insectari
verbis libet? & Deo obistere, eumque teme-
ritati rectitudinem legis intorquere perhibe-
mus? Enim verò, cum suo Gallo malum obij-
cimus, æquissimo modo facimus, neque immo-
deli nos gerimus: cōspirare enim Christianū,
& Catholicū, tā exulceratis temporibus, qui-
bus Ecclesiæ sanctitas impetitur, cū iuratisimo
cæli hoste, quid iuris obtinet, & quæ cogit ne-
cessitas? ad vinculū familiare hæresim turbulē-
tā, ac nefariā illā pestē, & bonorum immorta-
lium expultricem admittere, quo non vitupe-
rio incitandum, quibus non probris excipien-
dum onerandumq; censibimus? præsentissima,
& vt ita dicam, in oculis est diuini cultus inter-
turbatio, excidium veritatis, error manifestus,
& quænam præsumptio, non impedire, non
occurrere, non exterminare? sed aduocare etiā

VI.

*Improbāda
hæc fœdera
Gallorum,
non obstā-
tibus exē-
plis, quæ
Gallus ad-
ducit.*

promouere, defendere? certè æqua nunquam est possessio, vbi iniqua datur cõtetiõ; & homo, & Deus reclamât, & tamen Gallus Gallicinio suo infaustissimus, ominosus esse pergit; nec de pænitudine, sed de contumacia admonet, non pacem nunciat, sed turbas conciet, & cū serenitate oblectari debeat, tempestatibus recreari desiderat; præpostera naturæ vis, timeo vehementer, ne non cum isto vitio, suæ potius felicitati obesse, quam aliorû infelicitati prodesse, nata sit.

*VII.
Dñ Gallus
domi Eccle
siam restau
rare dicit
in Germa
nia ipsam
disturbat
Sueco fœde
ratus.*

Et aduerte modo Gallicinim hoc in solenni Lipsiæ conuentu, contra Ferdinandû Imperatorem Augustissimum, cuius vox Suecico hæreticam coniurationem etsi non coniunxit, non retardauit tamen, sicque meliori conatui, quo Ecclesiam disturbatam, in integrum restaurare conabatur, obstitit, vexillisque erectis affectum syncerissimum laudatissimûque sufflaminauit; neque perfectò hic casus aliquis excusat factû, quasi minus intenderit, quod gestum est crudeliter, multa enim deliberatio iam voluntatem malignitate compleuerat perspicua, adeo, vt eum morte præuentus Aquilonaris ille Regulus fato turpissimo grauissimoq; concidisset, quod in corde fouerat, per lachrymas erûpere cæperit, tantoq; genio priuatus, pæni-

pænitissime indoluerit. Ardissimus vtrunque
erat nexus, quo vterque copulatus Gygantum
more pugnabat, quasi é caelo Deum prouoca-
reniterentur ambo; sed isto dum ambitu præ-
feruidi labores ordirentur, iamq: Pelion Ossæ
imponerent, Deus operi aduenit, explicansque
vique grauiore disentiens molem, alterum op-
portunè oppressit, alterum opinor, tempore
iam completo, apprimendum sibi reseruat, &
quantumuis Regium superbo vertice fulgeat
Diadema, sceproque mundi terrefaciat po-
tentiã, si pieras vtrunque non temperet, si fi-
delitatis iura reliquerit, à debita malis vindi-
cta non exemptus Rex, Deo sacrisque inuisus
disperibit, eoque certius, si quando Sacramē-
to obstrictus, vt Ecclesiam Dei protegat, san-
ctorumque communionem incontaminatam,
inconcussamq; fidei structuram conseruet, pro-
pugnetque infida tamen stipulatione inuerecū-
daque confidentia, hominumque improborum
concurſu, confundat, dissipet, diruat, obruat-
que. Quod si vero audeat, nec cōsilio acquies-
cere, nec manū abstinere, nec ab impijs abesse
vouerit acutiori, quam ancipiti gladio tam-
quam inutile noxiumque à corpore membrum
reſcindetur, ipſoque iure à fidelium ſocietate
ſegregandus, & diris iam deuouendus in exter-

minium

minium luctuosissimum desperatissimumque,
cap. fraternatisque, S. eredentes de hæret. cap. con-
questus de for. comp. c. omnes 17. quest. 4. Euagar.
lib. 1. cap. 9.

VIII.
Innocentij
in Arcadiū
Imperato-
rē seueritas

Neque est, quo resistas potestati, aut fran-
 gas auctoritate edictum. Respice Magnum il-
 lum Arcadium, Imperatorem famolissimum,
 hunc Innocentius primus Orbis Præsul dig-
 nissimus Maximusque è gremio Ecclesiæ ex-
 turbatum spiritali hac seueritate percussit, ac
 infami sententiæ consecrauit: quid ita? num
 quia alieni dominij regiminisque cupidus in-
 famam, in bona, in familiam, in mortem deni-
 que possessoris cum peregrina, cum schismati-
 ca, cum barbara gente coniurasset? num quia
 defensores fidei contra se concitasset, pacē tur-
 basit propugnacula, ac fulcra domus Dei sub-
 ruisset, sacrorumque ordinum congregatio-
 nes disiecisset, ac denique Dei sanctorumque
 templa, delubra, monumentaque inuasisset, ex-
 poliaisset, profanasset? minimè gentium; num
 fortè, quia Ioannem Patriarchā Constantino-
 politanum exauctorare ausus fuisset? equi-
 dem, nec hoc. At in exiliū quod misisset? cer-
 tē illud erat; & cui hoc non leuissimum videri
 potest? sed grauissimum sensit Dei Vicarius,
 atque adeò ita execratione dignum. *Niceph.*
lib. 15.

lib. 15. cap. 34. ita refert. clamat ad Deum contra
 te ò Imperator, sicut quondam Abel, contra parrici-
 dam Cain, quod persecutionem magnam aduersus
 Deum, & Ecclesiam concitasti. Nec dissimili vo-
 ce Divus Bernardus sui temporis persecuto-
 res, turbatoresque Ecclesiæ sanctæ perstringe-
 re ausus est. Epistola 158. cum ait, atque ita quid
 Christianæ legi, & disciplina? quid reuerentiæ sacer-
 dotali, quid denique diuino timori relinquitur? si me-
 tu potentia secularis nullus mutire iam audeat con-
 tra insolentiam aliquorum, quid enim insolētius, quid
 ne indignius in Ecclesia esse potest, quam vt sibi quis-
 que Ecclesiasticas vindicet dignitates feditate ar-
 morum?

Verum enim verò habet hic Gallicum in-
 genium, si non venenum quod opponat; Eccle-
 siam, inquit, non violamus, Templis, tectisq;
 sacris iniuriã nullam inferimus, Religioni absit
 vt malè velimus, æquo in omnes fideles animo
 propendemus, iura Dei tuemur, spoliationes
 sacrorum vetamus, incursiones illicitas inhi-
 bemus, nostram tantummodo causam prosequi-
 mur, nulli nocere, omnibus adesse studemus;
 & quæ noxa huic adiacet negotio? quod crimē,
 vbi nullum discrimen? pulchra omnino, si vera
 est eloquentia, sed verbis succum detrahamus;
 Quid si huic veritati absit veritas; quid præter

S

verbum

X.
 Vti se de-
 fendat Gal-
 li à culpæ
 se miscendæ
 hæreticis.

verbum amplius loquitur Gallus? Templam non
 violamus, inquit; at violat: iniuriã nullam in-
 ferimus; at, hoc dicens, etiam maiorem infert:
 Religioni benè volumus: at, quam benevolẽ-
 tiam Religiosis? qui quasi Religionis plantæ
 sunt, exhibet, eadem si ab his ipsi fieret, qua
 fronte, quo vultu eos obtueatur? quæ non ful-
 mina in eos conijceret? Equo in omnes animo
 propendemus, at, sentiunt, quam grauis sit pro-
 pensio, qui feriuntur; Iura Dei tuemur: at, op-
 primit. Spoliationes sacrorum vetamus, vt so-
 let, qui vetando etiam iubet. Incurfiones illi-
 citas inhibemus, at, reclamant tot virginum
 etiam sacratarum, tot matronarum honestissi-
 marum violentæ oppreffiones. Nostram tantũ
 causam prosequimur, at, iniquam. Nulli no-
 cere, omnibus adesse studemus, at, nulli, vt no-
 ceat, ab omnibus vt absit, consulto fecerit: neq;
 enim patrono, aut defensore quisquã eget Gal-
 lo: nec is extra patriam efficiet, quod in patria,
 aut nequit, aut non libet: Hæresim ex Republi-
 ca Christiana expurgabit Gallus? imò tantum
 abest vt id agat, vt etiam maiorem deterio-
 remque inducat, cum hæretico fauore non eã ex-
 purget, sed expugnet magis. Tanta igitur de-
 trimenta cum ex hac radice ad destructionem
 vineæ Domini pullulent, qui iura, qui fœdera,
 socie-

focietatemque cum tot tamque diuersis gen-
tibus, ac nationibus contractam stabilitamque
saluabit?

Excusationis atq; arreptæ defensionis an sa-
quacumque parte apprehensa, fallit, nec istud
pondus aliquod causæ addere, censerit potest,
quod victor in auxiliatrices maleuolorum co-
pias, vim deinde sit conuersurus, & mole ar-
morum, si blanditijs desint vires, iugo Eccle-
siæ sit subiecturus; Magna quidem hæc est, atq;
inuisa animi virtus, si tamen non inani spe, &
conamine se iactet; nã frænum indomito si etiã
vtrò laxaueris equo, hunc postmodũ, vt con-
tintas, vix sufficies; hac specie delusus quon-
dam Alexãder Zituaniæ Dux, cùm apertis Bo-
hemis hæreticis, auxilijs assisteret, hæc, à Mar-
tino Pontifice præfidentiam istam ei imprope-
ranti, reprehensionem audire debuit. *Nec nos,*
inquit ille, multũ mouet, quod asseris, te velle eos hac
conditione recipere, vt errore deposito ad debitã Ec-
clesiæ Romanæ obedientiã reuertantur: omnia enim
faciunt, & pollicentur tibi, vt te suis laboribus, &
erroribus immisceant, & erroribus magis excitentur.
Salutaris prorsus, & vaticina admonitio, &
quæ parum auctoritatis, atque efficaciam apud
Gallum sibi conciliatura sit, iam enim spe cer-
tissima effectum deuorasse infallibilem sibi per-

X I.

*Etsi asserat
Gallus ip-
sum blan-
ditijs atra-
cturum hæ-
reticos, vel
vi, ridicu-
la est hæc
promissio,
si hæretici
ideo magis
insultabũt.*

suadet. Verum, nescio, an bono, an malo angu-
 rio ita sentiat: vereor, ne non à coruo præsti-
 giatore omen inauspicatum acceperit: cede
 enim mihi, quisquis cordatus ex Fræcica pro-
 sapia, & Catholicæ notæ hic vir ades; hæretica
 cum adeò sese extulerit vafrities, vt orbi iam
 insultare audeat vniuerso, imò cum Principū
 tantorum fora succursibus, totque manibus po-
 tētissimis defensa indies magis magisque effe-
 uescat, hac tanta humanitate erecta, ista, vt ita
 loquar, suavitate delibuta, quò, quò tandem
 non euadit? audeo affirmare, tanquam de Tri-
 pode, aut Dædonæa quæreū edoctus, quia in
 Dominum suum insurget, & cum voluerit, cō-
 tra eum calcabit, & opprobrijs saturatum relin-
 quet; hæc, viperarum genimina potentia effe-
 ra, eiaculatum gregem Dominicum inficiēt,
 confusoque ordine benè instituta, dogmata
 confundent, malisque errorum figuris detur-
 para sordibus inuoluēt despiciatissimis. Alius
 ista Martinus in sua Bulla repetit, vbi ait: *Per
 hanc viam simulata eorum reductio non possit, non
 esse suspecta, per quā viam quærun periculosam dis-
 cordiam inter Principes Christianos seminare, vt po-
 tentissimis Dominis inter sese decertantibus, Ro-
 mano Imperio perturbato, & tota Christianitate cō-
 fusa, possint ipsi peccare licentius: Neque existima-
 re debes*

re debes aliter euenire posse, si Bohemia Regnum occupabis, quod nullo modo per Electores Romani Imperij, & Principes Alemannie tolerabitur, etiam tante Charissimo in Christo filio Sigismundo Romanorum Rege illustri: Nec huius regni existimatio tanta est, nec esse debet apud consideratam prouidentiam, ut pro ea inuare uelis hereticos, aliena per iniuriam occupare, & magnam Christianitatis partem bello nouo confundere, & permiscere cum diminutione tui honoris, & fame.

Inepta igitur ad rem conficiendam cogitatio est, quando aliter euenturum, ac speratur, & sapientum docent monitiones, & experientia ipsa manifestissime demonstrat; sed, & minus hoc faciet Gallus; Monarchiam exteris Prouinciarum Regionumque finibus terminare concupiscit; at superflua est cogitatio, casus labor, adhuc dum Italiae Germaniaeque vigilant Principes, nondum omne concidit robur, attriti sunt paululum, sed non contriti, lapsi etiam denuo resurgent, atque in instantes, obstantesque vehementer iusurgent.

*Cave, cave, inquebat ille apud Poetam: namque
in malos asperrimus*

Parata collo cornua.

Qualis Lycambe spreus infido genero

Aus acer hostis Bubalo.

*An, si quis atro dente me petiuerit,
Inultus ut flebo puer?*

Ita omninò insurgent fidei sacræ reparatores,
ut lapsa erigant, ruitura susulciant; Tam fides,
& pax, & honor, pudorq; priscus, & neglecta,
redire virtus studebit; apparebitq; beata pleno copia
cornu.

XIII.
Gallus ne-
quibit addu-
cere prote-
stantes, ut
Catholica
Ecclesiæ o-
bediant.

Quare ignauiam reprehendimus quã vir-
tutem prædicat superbia, nec altius, nec lon-
gius euolabit Gallus, nec Protestantiũ (ita cer-
tus sum) semel subactum armis Imperiũ, Gal-
lica aut vi, aut suasu in statum reducetur suũ;
quippè exercitus à Principis sui moribus, &
Religione diuersus, militum manu de Religio-
ne decernet, eoque præualente in errorem tra-
hitur Princeps. Diador. lib. 16. nullus inquit, pro-
bus vir ei militia nomen suum dedit propter pietatẽ
erga Deum, tantum qui erant summe improbitatis, &
lucris gratia Deos contemptui habebant, alacri animo
ad Philemonem contenderunt.

XIV.
Non solum
regnũ suũ
& Religio-
nẽ non pro-
pagabit Gal-
lus, imo in-
uoluet se.

Itaque accumulare volens diuitias po-
pulumque sacri Imperij, non hoc tantum, nõ
assequetur, sed ipse se inuoluet, hærensque in
medio nationis prauæ, tanquam inter orcinos
cancros, vnde euadat, non reperiet, nam simu-
lata sub obedientia, cum de ardua perreperit
vulpina fidelitas, in furorem sese effundet in-
tolerabilem,

tolerabilem, imperabitque imperantibus: ob-
 stinax enim vt est hominum genus, etiam præ-
 sum cum vix queas continere, qua ratione,
 per Deum immortalem? continebis ad optata
 vsque fastigia sublimatum, vique ferroque po-
 tentem? Virgerbis ò Rex, atque illaqueaberis
 ab insultante hæretico, & vbi tibi vires accre-
 uisse opinaberis, ibi vt plurimum decreuisse
 perpetuo tuo malo, sed serò, vt Phryges, ani-
 maduertes, videndum sané est iuxta monitum
 Apostoli, vt, cum stes, videas, ne cadas, Ar-
 nobij dictum sape. *Aduersus Gent. 3. quoniã plu-
 rimũ gladijs, & potestate ferri valetis, anteire vos
 etiam Veritatis scientia indicatũ.* Fallitur non rarò
 humana sapiëntia, & fortunæ decepta blãdimẽ-
 tis, in exitium, etiam superbos corona verti-
 ces, exponit luctuosissimum, pleni sunt libri,
 plena exemplorum vetustas; scilicet oculis Dei
 cum omnia sint aperta, tũ non arbitraria opi-
 nione, mens illa ab omni rerum concretionem
 separata circumducitur, sed res, vt sunt intue-
 tur, malumque sic, vt inuenit, cito oblibiscitur,
 vnde est, vt rarò (prout Poeta cecinit) antece-
 dentem scelestum deseruerit pede pæna clau-
 do: nec immerito: nam (vt idem alibi.) *Cæ-
 lum ipsum petimus Stultitia, neque per nostrum paci-
 mur scelus iracunda Iouem ponere fulmina.* Hinc &
 diuinus

diuinus quondã ita præcabatur *Psalm. 82. Omnes Principes eorum, qui dixerunt, hæreditate possideamus sanctuarium Dei, Deus meus pone illos, ut rotam, & sicut stipulam ante faciem v̄eii.* Et quæ maior Dei ultio excogitari potest, quã post expletum scelus, lumen fidei ab oculis auferre mentis? quæ vindicta perniciosior, quam animum errorum caligine obductum, in execrabiles hæreseos atq; idolatriæ tenebras prolabi permittere?

*XV.
Comprobã-
tur sequen-
tia exẽplo
Friderici 2.
nimium in
Sarracenos
propensi.*

De Friderico Secundo accipimus, eum cū in Saracenos plus æquò propēderet, (quod eorum armis, & voluntate vteretur) tam cæco in eos amore exarsisse, vt impijs illis Christianos posthabuerit, victoresque per Italiam, & Siciliam honoribus amplissimis Magistratibusque insigniuerit; tantus in eam tam barbaram gentem affectus, quam non fuit perditioni proximus? & Gallo periculum in foribus est, cuius iniquior fortasse causa fortio-rem dirio-remque plagam exoptulat; attende enim quã non liberè sanguis jugæ, ac vulturij illi, infernalis illa spurcicies populo dominatur electo, Sancto, Deo placenti? quantam non licẽtiam in solo, antea nunquam cognito, exercet? quam non furunculi illi Ecclesiæ sanctitati infulant? Theaurisque non atrectandis vngues

si non

si non dentes infigunt? & hoc, inspectante, & conuiuente Gallo, impunè licet, & quam gratiam è cælo expectet, tantæ feritatis amator? ficcine, permittendo quæ sacrilega sunt, Regni metas longius ponere, violenterque imperare non perhorrescet? atque hæc, vt sit societas talique nexù cõfirmetur expetit: atqui ego met sic sentio, in itam cum infamia; cum dedecore rerumque diminutione certissima, breui dissoluendam: nam stare diù non potest, quod male suffultum est. Ruet Galli spes, fautorumque non paruam secum trahet ruinam: initium habuit tragædia, iam tum in infami capitalium latronum excidio prælusit Deus, mox reliquos in plenissimam apertissimamque scenam producturus; cedat ocyus indignanti, consilia sequens meliora, quisquis indemnem se præstare volet à Gallo cum probro ac violentia pugnant, arma copiasque reuocet, si à iustitia excidere veretur, salutique, & corporis, & animæ prouidere cupit: nam iungere auxilia non licet, vbi iuris interuenit prohibitio.

Autque fædus retractandum, aut Gallus eradicandus ferro est; aduertant, qui Galliciniû sequuntur sacrosanctumque habent, quid *Dionysii lib. 8. de gestis Romanorum* hæreditate Dei sollicitè vigilans iubeat: *Nomen Imperato-*

XVI.

Donec retractetur fædera à Gallo, contra Religionem, & Imperiû manus Dei minabitur.

ris heretici, neque effigies ad missarum solennia intraducatur. Quod si reus sit, qui vel umbras rerum male usurpat, quid fiet his, qui Deo dicenti ipsas res, ipsas personas sustentant, incitant, cogunt? Num. 16. minatur Deus: Non ero vltra, inquit, vobiscum donec conteratis eum, qui huius sceleris reus est Chrysostr. homil. 25. in Epistola ad Hebraeos. Leo in Epistola 4. ad Anastasium.

XVII.
*An idem
 dicendū sit
 de apertis
 ac occultis
 fœderibus
 his.*

Et de aperta quamvis audacter nimis loqui arguat quispiam coniuratione, in clandestina, & vel apparente tantum æquè contentiosi æquè rigidi esse possumus, quando zelo Religionis, & amoris Dei a&i pro domo eiusque familia stamus: atque vt altissima voce vtar, nequit principalis, atque a deo purpurata dignitas, quæ murus Ecclesiæ est, in qua fundata fides conseruari debet, atque in eminentissima quasi specula elucescere; nequit, inquam communionem admittere, aut compositionem roborare, seu publica ea sit, seu secreta, si inde damnum in Ecclesiam redundet. Non hic, vt ignorantes doceam ego, perbenè enim callent, qui debêt, quod loquimur. omnibus notæ sunt in Europa hæ Gallorum conspirationes, ipsæque Epistolæ detectæ testantur? Sed admonitore opus esse arbitratus sum, si tamen iste non nimis importunus admonitor videri posset,
 quid

quid verò refert, si modo fuerit opportu-
nus.

Siste igitur purpurate Princeps, animiq;
libidinem comprime, sat iniquitati datum est;
aut si contemnis, iam non monitorem, sed ex-
probratorem sustine B. Hilarium Constantino
tibi per omnia gemello, ista loquentem. *At*
tamen omnium crudelitatum crudelissime, damno ma-
iore in nos, & venia maiore deservis, subrepis nomi-
ne blandienti, occidis specie Religionis, impietate pe-
ragis, Christi fidem, Christi mendax prædicator ex-
tinguis, ill Pater tuus artifex humanarum mortium
docuit te Viuere sine contumacia, iugulare sine gla-
dio, persequi sine infamia, odire sine suspicione, men-
tiri sine intelligentia, profiteri sine fide, blandiri sine
mollitate, agere quid velis, nec manifestare quæ ve-
lis. Ecce, habes, grauissime Princeps, absolu-
tissimam tui ipsius imaginem, quod si ignoras
te, o pulcherrime virorum, huius post vesti-
gia abi, & si ita placet, in huius contemplatio-
ne, si aliàs conquiescere nolis, acquiesce. At-
que non vt demonstrationi latè fusequæ tra-
ctatæ finem demus, ita omnino censuimus, co-
natus, contra ius fasque in Imperatorem exor-
tos, à Gallis reprimendos esse, atque si iustitiæ
cultores haberi, & esse velint, sua Cæsari arma,
vt consecrent datisque dextris pro aris focis-

XVIII:
Exortatur
Rex Gallia
& Cardi-
nalis Roche-
limus, vt
ab incepto
desistant.

148 *Ecclesiastici an in Austriacos, & Hispanū*
que sacris, ad sanguinem, ad mortem, contra
fidei Religionisque deformatores deprælien-
tur.



S. Quartus.

Ecclesiastici an in Austriacos, & Hispanum, an in
Gallum propendere debeant.

I.
Austriaci
benemeriti
de Religio-
ne Catholi-
ca Romana.

HABET Austriaca Maiestas quò cæ-
teros facile in hoc genere præcellat,
& præterquãquod, Dei summi maxi-
mique honori studeat, tanta in Reipub. salute
constituenda prosperitate vitur, vt Deus ali-
quis esse videatur: quamquam, ad istas huma-
næ conditionis prærogatiuas, si attendere no-
limus tanta tamque multa in Ecclesiã Catho-
licam Austriacorū merita ac gratiæ extiterunt,
vt ingratitude notam incurrere possit quis-
quis Austriacam illam familiam pro Religio-
ne pugnantes deseruerit. Verum & his quic-
quam tribuere, si quis iniquū esse iudicet, quòd
Redemptionis, & salutis æternæ beneficia in
æstimationem venire nec debeant, nec possint.

Argum. l. iustissimæ, ff. de edilit. edict. l. etiam §.
1. de man. vindic. Imol. in l. Asvilius regulus. col. 2.

vers.

vers. aduerte etiam, ff. de donat. Menoch. lib. 11. conf. 1003. num. 64. Id tamen cura ac diligentia summorum Præsulum exigit, ut, quorum facultas, & seruitium, quo Rempub. sacrâ prosequuntur, maius alijsque penè est impar, in his eligendis, ad tutamen Religionis promouendis, euehendisque operam studiumque ponant, qui & adesse, & præesse, cum decertandû est, possint, periclitatemque Religionem ex hoste saluare; enim vero uti antiquitate iuris firmissimum est, vasallum, ut dominû sequatur, opèque præstet, cû vrget necessitas, obligari. *cap. 1. de noua form. fidel. cap. 1. §. Domino in tit hic finitur lex.* Ita huic etiam, cû fauorem expetit, & Dominus ut consentiat, æquitati conueniens est, *l. 1. C. de prepos. labor. l. 1. C. de castr. omn. Bald. lib. 12. Oldr. conf. 300. col. 2. Menoch. dict. conf. 1003.* Maximè quando Religionem defendit: *Rebus. in comment. ad concor. Franciæ in pref. ad Rubr.*

Quare munificentiam etsi non postulet Austria, exspectare tamè audet post tot tamq; periculosa Religionis certamina, post plenissimos difficultate labores, post bonorum haud exigua dispendia, & præsentissima vitæ discrimina, in quæ non proprii status amore, sed amplificandi cultus honorisque Dei desiderio in-

11.
Austriaci
propter am-
plificatum
cultum Re-
ligionis ex-
pectant ee-
clesiastico-
rum prop-
sionem.

150 *Ecclesiastici an in Austriacos, & Hispanū*
trepida mente irruere non dubitavit, & quam-
uis approbante lege ex illo exire malo, seque
ab hoste custodire tantū, non ad discrimen im-
minens venire, bono causæ suffragio potuisset.
Gloss in cap. 1. quibus mod. feud. Bald. in cap. 1. S.
si á morte de alien feud. pac. Afflict. in cap. 2. §. ul-
timo hic finitur lex. Menoch. dict. cons. 1003.

III.
*Ad quantū
discrimen
aduenit Fer-
dinandus
Cæsar Au-
striacus vi-
dens incli-
natam Re-
ligionem.*

Indignum tamen iudicans, si periclitan-
te sanctuario, ipse desideret, manūque á præ-
datoribus templique sacri violatoribus absti-
neret, suam libertatem potius relinquere, quā
Ecclesiæ immunitatem ex isto incendio nō eri-
pere, decrevit Cæsar Ferdinandus Deo diues
que fidelis, inclinata re, & in interitum pro-
perante, post tantam annorum seriem, fidelita-
te, non arma tantum apprehendere satis esse iu-
dicavit, sed & communem orbis Christiani pa-
trem sollicitare institit, excitare que ad vigilias,
ne lupis irrumpētibus, grex dispergeretur do-
minicus, atque immanitati alienigenarum
in prædam cederet Ecclesiæ supelex, cui dili-
gentiæ vigilantiaque Imperatoris fortissimi,
quæ gratia, quæ beneficentia sufficere poterit?
& quod præmium istam inuidiissimi Cæsaris
sedulitatem ab Urbano commeruisse censebi-
mus? omnino conuenit, vt non animum tantū
arctissime sibi deuinxerit, sed etiā vt in bene-
ficiorum

ficioꝝ sortes eat amplissimas, ac pinguiſſi-
mas. *Argum. l. etiam, §. ex præterito, ff. de man.
vind. Barbat. in rub. de don. Tiraquel. in l. si unquã,
ver. donatione, l. iusta causa, ff. de man. vendic. l.
qui ob necem, ff. qui sine man. ad libert. perue.*

Ex his plane initijs longè lateque diffu-
sa Austriacorum laus est, ab omnibus probata
pietas, & ætatà memoria in Apostolicam Sedē
continuata propensio, quam nec eternitas tem-
porum delebit; nec Galli aliorumque ambitio
obscurabit diminuetque; Et quæ gens, quæ cū
his decertare poterit, vel Religionis constan-
tia, vel venerationis perseuerantia? vel legum
sacrarum cæremoniatarumque obseruãtia? quid
Gallum commemorē? quid ab hoc honori ac-
cessit primæ sedi, qua reuerentia supremū or-
bis caput dignatus est? quo genere cultus, quo
seruitio officioque prosequutus? excutiamus
antiquitatem Gallicam, scrutemur propaginē,
videamus qua sanctitate viguerit, quibus mo-
ribus præcesserit, quo denique fidelitatis ritū
consenuerit.

Clodouæus (vt ab hoc ad alios descen-
damus) primam Ecclesiæ Gallicanæ Synodum
Aurelijs celebrari suo nutu, & edicto iussit.
Vincenc. in specul. histor. lib. 22. Quamquã istum
vocant Galli Arrianorum flagellum; & qui ab
Hispanis

IV.
Confertur
pietas Au-
striacorum
Gallorum-
que Religio
si cultus.

V.
Reges Gal-
lia Eccle-
siasticis sed
dicere su-
perbe attē-
tarunt.

Hispanis Gothis Aquitaniam, & Vasconiā abstulit, quod ad Arrium declinassent, rerum scilicet, obedientiæ exemplum, iniqua prorsus præsumptio regia. Carolus Magnus protectione velata tantum Imperij iubar, quid non attentare ausus est? Rotomagi, Rhemis, Cabilonæ, Moguntia, Arelata, non tantum leges condidit, sed, & ritus ordinavit.

¶ I.

*De commu-
nionē Sa-
cramento-
rum vesti-
tu Clerico-
rum: vita
monastica,
& ingressu
edicit Re-
ges Gallia.*

Ludovicus Pius Aquisgrani in Episcoporum Clericorumque vestitu quæsit, quò auctoritatis amplitudinem fundaret, cum pretio enim decorē Religiosum abstulit *Paul. Amil. Robert. Guaguin.* & longius euasit huius peregrina, & insolens nouitas: nam præcogniti Carolus, & Ludovicus, & alter eius nominis ascito iam in consorte Regni Clotario primogenito, ea vti, si non abusi, sunt potestate ac licentia, vt Põtificis quasi iure sanxiuerint. Tribus dumtaxat, vt solemnitatibus communionē laici frequentarent. Nemo verò absq; permisso regio, vt ipse videret, an deuotionis causa, an vt functiones regales euitarent, monasticam profiteretur vitam. Paeri sine voluntate parentum tonsuram ne reciperent. Puellæ ante plenam ætatem ne velarentur. Mortis rei ne immunitate Ecclesiæ gauderent; ac ista non concessa; sed vsurpata, non data, sed iniquo modo attributa

attributa agendi præcipiendique facultas, quã pestem non spirat? quam infelicitatem nõ attrahit, quo tandem posteritatem exemplo non corrumpit.

Mitratum dignitate verticem spoliare, in profanasque male licentias conuertere, quam probitatem, quam humanitatem vnquã præferre cognitum fuit? Et iisdem, quod nefas est dicere, ipsa orbis capita, obedire legibus coëgere, *cap. sacrorum, 63. dist.* Coëgerunt inquã, Leonem Quartum verbis, vt fateretur Francorum institutis se subiectum, accusatusque tantquam Maiestatem Regiam læsisset, coram Ludouico Secundo, se purgare debuit. *Cap. nos si in competerenter, 2. quæst. 7.* O libidinem! O audaciam! Ab horum vestigijs non deflexit Ludouicus Nonus, Gallicam is Ecclesiam impigrè, at impudenter tutatus est, nouo quæstu, nouis exactionibus, at noua iniuria, noua insolentia, auxit, & execranda sancio, sanctitatem à Gallis est adeptus. Philipos duos, Pulchrum, & Valesiũ præterita memorat ætas, ab his quã iniusta, quam seuera iura Ecclesiastica senserit communitas, non attinet exponere. Et Carolus Sapiens quid non impie, quid non perfide contra Pontificem in famoso, & calumnijs pleno Dialogo, quem Viridarium nũcupat, effutiuit?

VII.
Cogitur à
Gallis Leo
IV. vt fateatur se
subiectum
suis legibus.

VIII.
*Vetāt Gal-
 li, ne Epis-
 copi ferrēt
 cēsuras, col-
 lectoresq,
 Pontificū
 è Gallia
 exturbant.*

Idem & lege vetavit, nullus vt Episco-
 porum in vrbes, in corpora, aut communita-
 tes Regni Gallicani ferret censuras. Adhuc
 continuatur præfidentium series. Carolus VI.
 Collectores Pontificum omnes è Gallia fini-
 bus exturbavit, sed & admissos denuò compu-
 lit, vt Episcopis bona ex quacumque causa seu
 occupata seu collecta, restituerent, redditus be-
 neficiorum ac pensiones perceptas extra limi-
 tes ne exportarent, eæque dominis deputatis
 remanerent: & vt paucis multa cōplectar, san-
 ctum ne aliquid inuiolatamque in Delphinatū
 remāsit, minime aliquid superfuit, quod ad Pō-
 tificis arbitrium staret. Attamen ab ausu tam
 nefario, tamque Ecclesiæ ministris pernicioso
 non destitit prius, quam, Ecclesiastico fulmine
 læsus, maleque saucius insolentiæ suæ pænas
 dedit, cuius vulneris plagæque exitialis vindi-
 ctam cum in ipsum auctore non posset, in com-
 plices, subditosque fanatica quadam imprudē-
 tia detorsit, ludibrijsque exsaturatos cum sum-
 ma ignominia è Gallia ditione exclusit. Coie-
 runt deinde Episcopi, nouosque motus exorsi,
 iam hæreticum subordinassent Regem, ni ad
 Pontificem pro declaratione ablegatus nun-
 cius, re consilijsque improbatis, fuga eos fe-
 felisset. Consultius itaque sanctissimus præsul
 se fa-

se facere arbitratus, si melioribus tempeſtati occurreret anſpicijs; Albertum Imperatorem Regni Galliaë promiſſione lactavit, ſiquidem Regem bello appeteret. *Bald. in cap. 1. de nat. feud. in vſib. feud.* Quam ob rem Gallicaë inuidiaë tanta acerbitas acceſſit, vt quid pro maleficio; (vt vſi interpretabantur) reponerēt, non ſatis reperire poſſent. Calumniam tamen, quam Chriſti Vicario ſtrenuè imponerēt, hanc excoxere, atque adeò ad hæc vſque tēpora accevit. Inquiebant illi (flagitiſſe ſatis) à Gallis Pontifices principio quidē ducendos eſſe verbis, tūm deinde herbis, ad extremum autem etiam lapidibus. Tātum nimirum meruit apud Hæretico-Chriſtianos (vt rem loquar) Apoſtolica celiſtudo. Verum verò ne adſit ſceleri impunitas, differtur pæna non aufertur.

Huic non impar Carolus Septimus, perquã ſimilia in præceſſos Eccleſiæ apices flagitia cōtorſit, atque ex oculis remotos, à regno abeſſe iuſſit, neq; deinceps perſecutiones omiſit. Pari enormitate hunc expreſſit Ludouicus V I I. qua Iulius eius nominis ſecundus affectus, ſuſpenſionem à Pontificatu in quodã Lugduniēſi congreſſu perpeti debuit, contractata ingrati tudinis nota, qua Ludouicum dehoneſtaſſet, conſeſſioneſq; indulgentiarū elargitus fuiſſet

VIII:
Carolus 7.
irruit in
Collectores
Ludouicus
12. Iulium
Pontifica-
tu indignū
declaravit.

156 *Ecclesiastici an in Austriacos, & Hispanū*
ijs, qui Francos interemissent; prætereá, quod
& Regna Franciæ & Nauarræ in manus primi
occupanti tradidisset, ex qua occasione tum
commode accidit, (vti quōdam Clodoueus qui
Aquitaniam, & Vasconiam occupauit, quod
incolæ ad Arriū se cōueterant) vt Ferdinandus
Aragonix Rex Pampeopoli potiretur, spolia
que gratissima ab Albreto Ioanne, & Cathari-
na eius coniuge detracta colligeret.

At hoc tamen impropere Gallo nemo
ausit, cum iuste, & licenter, iuxta consuetudi-
nem Christianorum Imperatorum, quorum in
manibus, & nutu leges erant, in personas res,
atq; Ecclesiasticā disciplinā auctoritatē vsurpet
vt patet. *Titul. C. de sanctis Eccl. de Episcop. Aud.*
Const. 5. de Monast. & Monach. Const. 3. vt
determinatus sit numerus Clericorū. Const. 6. quomo-
do oporteat Episcopos, & ceteros Clericos ad ordi-
nationem perducī. Const. 16. ne Episcopum, Præby-
terum, vel Diaconum, quamdiu supersunt aliqui ca-
rentes beneficio, & Const. 47. de Polisia Ecclesiarū
Africanarum. Et Const. 56. ubi prohibetur aliquid
accipere pro receptione nouorum Clericorum, & sta-
tuitur ministeriam Ecclesiasticum sine sordibus, &
gratis administrari. Et Const. 58. aduersus Clericos
Ecclesias relinquentes, vt beneficia alijs conseruetur.
& Cōst. 59. ne aliquid exigatur pro sepultura, & 67.

Episco-

x.
Auctorita-
tem Eccle-
siasticā ita
vsurparunt
Galli, ac
Imperato-
res qui non
dum sedem
Romanam
coluerunt
satis.

Episcopos absentes non percipere illos redditus à suis Ecclesijs.

Ad stabiliendam voluntatem, hac iurium protectione utitur Gallus, sed quæ nihil proficiat: obstant enim valori adductarum constitutionum Canonum periti, omnemque vim ab eis seuocant, impietatem, etenim continere affirmantes. Sed nec nos harum momenta quicquam mouent, cum à nostro proposito sint aliena, tantumque in crudelitate Francica sistamus, quam in Dei, non in hostium castra vertentes Galli insignes euaserunt.

Atque ut huc, vnde digressi sumus reuertamur; quis, obsecro, tam peregrinus, tam non vetus in historijs, qui de Henrico Tertio, vel lectione, vel auditione non cognouerit, quantum is, non dico Ecclesiæ protector, sed defraudator, non Hæreticorum expulsor, sed fautor, non denique legis, ac disciplinæ sanctæ obseruator, sed contemptor, sed destructor extiterit? Fidei simulatus erat amicus, pecuniarum supra modum cupidus, ut harum possessionibus locupletari possit, Ecclesiastica beneficia venditionibus iniquissimis defædauit, Guisiorum trucidatione irritatus, in insontium vitas debachatus est, & furijs nescio, quibus exagitatus, in sacras Deo Virgines rabiem emisit,

XI.
Iustinianæ
constitutiones Gallo-
rum impietatem non
excusant.

XII.
Henricus
Tertius nomine tantum
Christianissimus hæreses in Gal-
lia propagat.

horrendisque eas iniurijs lacerare est aggressus
 tanta autem cum ista scelerum exquisitissimo-
 rum confluxu subrepit caligo, tantæ mentis
 tenebræ ortæ sunt, vt communionem fidelium
 per Ecclesiasticam potestatem à Sixto Quinto
 exclusus, cui viæ insisteret, in quâ miseriam per-
 ditionisque infelix rueret, non videret; eo au-
 tem processit amentia, vt quodvis flagitiū vir-
 tutem sit arbitratus, vnde malorum segetē hæ-
 resim, tantum abfuit vt reseruaret, & nouam
 etiam amplioremque iuxta eam seminari per-
 miserit, quæque, ne quod nancisceretur, im-
 pedimentum, aut aliquam pateretur remoram,
 data conscientia libertate, fræno emisit, omni-
 que inuolucro euoluit.

XIII.

*Soluta fuit
 in Gallia
 conscientia
 libertas sub
 Henrico 3.
 & quanta
 incōmoda
 experitur
 libere vi-
 uens.*

Increuit itaque sub tam liberali Domino
 perniciosa multitudo, atque tali permissione
 soluta, pro more ac consuetudine pergræcari
 cepit, salutissimæque (vt in ista libertate ho-
 mines solēt) sacrosanctum Christianæ conuer-
 sationis vsum, egressa, stragem morum atque
 animorum non modicam edere gauisa fuit. At-
 que vt, quod loquor, clare possit intelligi,
 huius libertatis latitudinem in breuissima, vt
 possumus, verba colligamus, vitiositatem in-
 spiciamus, virulentiam explicemus. Certū at-
 que indubitatam cognouimus, Dei metu atque
 Religione

Religione vitæ integritatem contineri, nihil que perniciosius esse, quam in eadem Repub. in eadem penè domo flagitiosis ac perditis vti hominibus, quibus vt ludubrio omnis est innocentia, ita in omne nefas, vt ruant, aliosque in id trahant pertrahantque, perinde habent. Et virtus sanè qua ratione efflorescet, vbi mixtum vitium semper prædominari gestit? quo modo conseruabitur pax, quæ bonorum domina est, vbi impietatis est locus. Non est pax impijs; oris diuini pronuntiatum est: testantur id vrbes; testantur provinciæ, quæ gentium exter- narum expletæ diuersitatibus, clades expertæ sunt acerbissimas. Habet, in suo, quid Religio- nis commercium, quod vbi defecisse comperi- mus, ibi vitæ salutisque commoda cessasse cer- tissima fama cognoscere potuimus: & commu- nis omnium sensus, & ratio ipsa declarat, nihil magis dissoluendo salutare humanæ societatis leges esse, quam vbi non patrio sed privato, sed idolatrico ritu sacrificatur, at legibus his vio- latis, atque diremptis, quod sociale vin- culum, quæ fædera, quæ vnitas, quæ san- ctitas permanebit? Tullius humanas res cum diuinis coniungere voluit, adeo vt in huius defectu istæ, iam, beneuolentiæ, & charita- tis sinceritate solutæ in despectum, sunt abi-
tura

turæ, tandemque in bonorum æternorū despo-
liationem ruituræ. Recta de diuinitate suscepta
cogitatio, propinquitatem voluntatum gene-
rat arctissimam, quam opinionum diuersitas
citò disturbare potest; plenum fallacia, plenum
inuidia, plenum atrocitate Religionis dissi-
dium est in libera hominum conscientia con-
stitutum, nihil tam sanctum, quod non profa-
net, nihil tam pacificum, quod non turbet, ni-
hil tam purum syncerumque, quod non inficiat
atque deprauet omnia, iura omni licen-
tia peruadit, omnem humanitatem, inhuma-
nitate cōmaculat, sanguinem sanguine miscet,
& quod nō clam dolis perficit, hoc palatu cæ-
dem petrare laudi sibi ducit, in discordiam ex-
citat ciues, atque ea immanitate imbuit, vt na-
turæ quandoque sensu perfrui nequeant, nec
melius vnquā ei esse potest, quam cum in par-
ricidijs cōquiescit, quod si etiam efferuescere
incipiet, iam sanguine profano satiatum, in sa-
crum ordinem dentes, & vngues expedit, inq;
domum Dei penetrans sacrilegijs enormiter
se se pascere optimum putat, neque defunctis
insultare tantum, sed etiam, vt plurimum viuis
nulli parcere, in omnes ferrū distringere, cruo-
re postes, & limina consignare, funera conden-
sare, & hæc veritas à multis stabilita iam annis,
ad hæc

ad hæc vsque tempora inconcussa perseue-
rat.

Refferunt ipsiusmet gētis scriptores, in tam
immanem barbariem Gallos Hæreticos defle-
xisse aliquando, vt continentiam Religiosam
exosi, cūm omni atrocitate in Sacerdotes per-
sonasque Deo sacras desæuierint, intraq; bien-
nium 40y000. é medio sustulerint 2y000. Ba-
silicarum Cænobiorumque diruerint, qua fe-
ritate quid excogitari potest crudelius? hi li-
bertatis fructus, hæc eius sunt incrementa, cum
iura honestatis conuelluntur cædibus, & latro-
cinijs omnia miscentur, scelerū licētia amplia-
tur. Et quid miramur? quies, & pietas exulet
necesse est, vbi libertas perpetuum discordiæ,
ac dissidiorum seminarium erigit, erumpant
prauæ libidines, vbi malitiam tolerat impuni-
tas, omnes iniquitatis sordes cōfluant, vbi om-
nis regnat impuritas, castum nihil, sacrum ni-
hil, nihil denique, sit honestum, vbi omnis via
immodestiæ recluditur. Sed nūquid hic turpi-
tudinis vermis, hæc labes ignominia, hæc fax
putredinis in isto facinerosæ dissolutionis cu-
mulo acquiescit? qui fieri poterit, vt hanc im-
probæ coniunctionis insolentiã, hæc populi ne-
quã impudentiã, flagitiorumq; licentiam, no-
biliū aliquando clades non excipiat? quo enim

XIIII.
Post con-
scientia li-
bertatē Gal-
li quantum
extenuaue-
rint Reli-
gionem.

alio ista perfriatæ frōtis spectat inamenitas, nisi
 vt Religione violata, à Deo electo Sacerdotū
 genere sublato, templis sacrisque denudatis
 atque incensis ad nobilitatem extirpandā ma-
 lo latius iundante perueniatur? vt, qui se extra
 fortunæ iactum positos, arbitrabantur, iisdem
 se correptos flammis videāt? eoque grauius pa-
 tiantur, quò altiori è gradu, siccis oculis, cor-
 de immoto alienā calamitatē spectabāt: nā cre-
 di nō potest, vt, vbi Deo nō parcitur, ibi politi-
 cū statum, Rēpub. ciuilem securā fore, ruente iā
 magistratu, legibus refixis, & cum in poten-
 tiores magis feratur, fastus eos, qui præsent,
 inuoluet citius, tum bonorum, quibus isti ple-
 bem exedunt, consequendorum cupiditate,
 tum dominij impediendi causa, quo ab his se
 stringi posse videbat. Imò etiam, cum a capite
 plus sibi periculi imminere suspicentur eò au-
 daciæ deueniunt, vt id ipsum tollere, suum fore
 lucrum omnino existiment, quare, & ferro, cū
 audent, & veneno, cum timent, adoriuntur.

XV.
 Deplora-
 tur, quod
 malè con-
 sulant Gal-
 li religioni.

Hæc peruersorum in Religiosos cætus
 ac Reipub. Christianæ populū sunt exercitia,
 hæc theatrorum hæreticorum spectacula, in
 quibus erigēdis sedulo Gallos elaborasse mo-
 dō perspeximus, hodieque elaborant, Patriæ
 Regnoque Catholico male consulentes; Et ad-
 huc

huc reperietur aliquis, qui hoc nomine eos fovere solitiusque instigare audeat; quisquis es, flagitiosus es, si non abstines!

Verum á Gallorum improbitate, ad Austriacorum probitatem fidelitatemque defleamus, horum facta ferutemur, & insignem in Christianam legem constantiam perseuerantiamque producamus, admitemurque; non illi Reipub. vnquam exitiales: non Religione aut Ecclesiæ molesti extitere? fidem Deo, Pontifici obedientiam, cultum, & honorem debitum præstiterunt? atque ex quo Austriaca pro Germanico Imperio stetit fortitudo, Romanæ Ecclesiæ Pontificumque auctoritas, & splendor sibi constitit, atque etiamnum constat: nullus sub defensore Austriaco, timor nulla perturbatio in Italia exauditur, omnes motus cōpescunt, & quas à multis impressiones antea sustinere assueuerat, ab his Austriaco pugnante eximi atque absolui se gaudet, libera est ab incursionibus, exteros non expectat in metu exercitus. Non O Enobarbos, non Ludouicos Barbaros, exterosq; sedis primariæ euerfores Pontificalis perhorrescit, maiestas: omnis hinc iam faceffit malignitas, omnis iniusta machinatio: Viuente Austrico atque Imperante, Roma fascis hosti non submitter, triumphabit, ac stabit

XVI.
Conferūtus
iniuria Religionis Gal-
lorum, &
pietas Au-
striacorum.

164 *Ecclesiastici an in Austriacos, & Hispanū*
Ecclesiæ incolumitas, amplaque familiæ mane-
bit securitas.

XVII.
Carolus V.
urbis depopulator excusatur.

Nec obstat Caroli Quinti factum, vr-
bisque de populatio, militam enim insolentia victus permittere debuit, quod fieri noluit, pænituitque satis, quod impedire nequivit. Ad præconia igitur virtutis Austriacæ tanta tam-
que copiosa concurrunt, vt vnde ordiar, ac vbi finiam, reperire non possim, sed ne etiam plu-
rima dicendo, laudi aliquid detrahere videar, cum meritam nunquam satis assequi me posse intelligam, stylum contraham, necesse est, vna vel vt iniquitas Gallorum, quam fusè cōplexi sumus, pro laude ac commendatione, vt suffi-
ciat Austriacorum, quantum enim illa Gallis ademerit, tantum Austriacis laudis addidisse arbitrabimus.

XVIII.
Quanta egerint Hispani pro Religione.

Attamē adhuc libet commemorare, quod subdicere, non sine negligentia nota non possumus. Intueamur, contemplemurque Hispanos. Qua per Deum immortalem! qua non animi constantia Romanam Religionem à Iacobo susceptam in tanta rerum, temporumque necessitudine incontaminatam puramque conser-
uarunt? depravatam vero ab Arrianis tempo-
ribus Ricaredi Magni: qua non industria per-
purgarunt? Eandem, & sub Mauris, & Arabi-
bus

bus tueri, & à contaminatione custodire non distiterunt, hostes Ecclesiae terribilissimos non sine acerrimis dimicationibus, ac manifesto Dei auxilio profligarunt, atque exterminarunt. Ita ut post extirpatam Arrianam haeresim, nulla alia reperiri poterit orta, aut defensa in Hispania.

Adhuc Ferdinandus Magnus Iudaeos quaestuariam, & Reipub. non parum molestam, superstitiosamque gentem è medio fidelium exesse iussit, ne communicatione illius, bonorum sodalitas pollueretur, synceramque ab ista commixtione servaret Religionem. Sic Philippus Tertius Agarenorum reliquias numerosissimas, populum licet agricultura peritissimum, atque ruri quasi natum (capestres credidisses Deos) cum non parvo totiusque Provinciae detrimento eliminavit, Turca reliquisque Barbaris (quorum cura magis temporalis quam aeterna fluxa tantum, & caduca spectat) decretum improbatibus, & tantum non irridentibus. Sed maluit pijsimus Princeps temporalium bonorum copia carere, quam in Hispaniae fidei, & Religionis puritate illam labem, cui facilis peradiuncta contagio est, sustinere, eximij sane animi magnique in Religionem amoris argumentum maximum.

XIX.
Ferdinandus
& Philippus Tertius
Hispaniarum
reges Iudaeos, &
Mauros expulerunt.

Sed Hispanicæ laudis materiã transcen-
dit vniuersam, Augustissimum sanctissimę In-
quisitionis Tribunal, quo stante atque vigente
nec leuissima hæreseos macula (credemibi testi
domestico eiusque Fiscali) ab hoc, tanquam, à
sole clarissimo lucidissimoque Hispanicus il-
lustratus orbis, & vclut æstiuo feruore cælum
incalescens fugat, consumitque nubes, ita illud
erroris, vel tenuissimam calignem cispellit,
dissipat, absumit. O faustitatem Hispanorum
incredibilem! O bonum incõparabile! Quo
si cæteræ nationes, Regiones, vrbes locuple-
tarentur, pace, & tranquillitate hodie cū His-
panis decertarent, diuinisque diuites favori-
bus otio optatissimo perfruerentur.

Iam vero diuini verbi in extremas orbis
partes ab Hispanis translata publicatio, quam
non meretur exornationem? Fide ab his post
periculissima terræ marisque pericula, barba-
ris, & viuendi genere ipsis brutis simillimis in-
stillata atque in ignotas post tot myriadas an-
norum, oras transplantata, quo laudis ornamē-
to satis poterit depingi? Mare infidum, flucti-
busque nunquam non irrequietum, minax tur-
bulentum transnatat Hispanus, cum dispendio
etiam vitæ ac salutis, vt gentibus infidelitatis
nocte

XX.
Institutionis
ministeriū
nullus alius
inceps
nam His-
panus ad-
risit.

XXI.
Euangelij
brædicatio
ab Hispano
propaga-
ta.

nocte circūfusis, lumen, quo Ægyptiacæ quoque renebræ illuminantur, apportet. Quis non miratur? & quæ lingua, quæ eloquentia, aut sermonis elegancia affluentiaque sufficiet, ut pro dignitate, pro merito hoc factum extollat? Ciceronem aliquem aut emostenem requirerem, quamquam, & istius in commendando exornandoque facundia deficere posset.

Barbaram confusionem Hispanus Religiosus cultor, ad statum, & legem Christianã idoneè cõponit, inhumanos mores, incultos animos, ipsam denique feritatem, ad mansuetudinem mirabiliter reuocat, pietati ac Religioni accommodat, Christi meritis adauget, & salutiferis imbutam præceptis cælesti Hierarchiæ infert, quid hoc bonis auribus iucūdius, quid Religiosis mentibus accedere potest acceptius. At quæ cultori tam impigro inde aduenit utilitas, quod commodum intendit, aut quas opes diuitiarumq; aceros inde colligere studuit? absit, absit inquã à Catholico pectore, ut aliud præter solius Dei honorem, & gloriã Ecclesiæque Sanctæ Romanæ augmentũ quærere præsumperit, quamquam, dum Deũ cælestemque aulam locupletat, ipsi vicissim desuper pleno cornu temporalium etiam rerum copia affunditur,

XXII.
Hispanus
Barbaras
gētes à feritate ad Religionē reuocauit.

Itaque

XXIII.

*Hispanus
vera pieta-
te protegit
Religionē
alijs princi-
pes ficta spe-
cie Deum
colunt.*

Itaque susceptos amore Dei non deside-
rio habendi lucrandive labores recensemus,
intentionem rectissimam non deprauavit stol-
ta cupiditate, ut quibusdam mos est nationibus,
quæ ficta specie dum Deū alijs lucrantur Deū
ipsi sibi adimunt, prætiūque inæstimabile
cum leuissimo, ac despiciatissimo commutant.
Atqui ex ipsa quoque Hispania in hanc meliori-
am viæ redditam barbariem, si pro victu ami-
ctūque, quod sufficiat, solum ut fides conser-
uetur, deferri videamus, quam non rectitudi-
nem, quem non zelum demonstrat? Verbis nō
indiget veritas, experimētum prope quotidia-
num habent oculi?

XXIV.

*Non sunt
digna, ut
cōparentur
benemerita
Gallorū an-
tiqua de Re-
ligione, si
ab ipsis de-
stiterint.*

Nota est, & in ore omnium Gallorum de
Hierosolimitano bello gloria circumfertur, etsi
in huius quoque partem Theobaldus Vasco-
num præclaræ gentis Rex admitti debeat, quod
Ludouici Comitatum adauxerit, eademque, &
Alphonso Castellæ Regi cōmunicetur, quod
eandē expeditionem suscepit. Attamē ex hoc
sit gloriosus Gallus, sitque Clodoueus, qui in
Arrianam sectam inuexit, & Magnus Carolus
Europæ partem à Sarracenis liberauit, qui no-
men celebre obtineāt. Verum in comparatio-
nem bellorū ab Hispano pro Religionis pro-
pagatione habitorum si se vocemus, quid reli-
quum

quum Gallo supererit ex ista iactantia? aut de hisce temporibus quæ benemerita propalabit? si tot iniurias Catholica Religio experitur, aut quomodo propensionem Ecclesiæ Romanæ poscet? dum in eam aut pro hostibus eius inuehit, Hispano, & Austriacis eam protegētibus, loquere orbis iubar, oculo mundi ubi peracto iam cursu, te fessum post montes reclinas, quid istæ lōgissimè positæ regiones de Hispanorum opera prædicant? quam non honorificè de ea sentiunt?

Nunquid duo Imperia præclarissima Mexicanorum & Ingarum, Idolorum seruituti irrita prius, Romanam modo sedem non adorant? sed loquere etiam adhuc sol totius uniuersi cōseruator, ac Rector, ubi diffusa noctis caligine verso iam sidere promicas, quam ampla, quam magna alio hodie cultu florentia regna non respicis?

Diademate illustres vertices Romani Antistitis pede calcantur, à Promontorio, quod caput viride vocant inde, vsque ad extremas Tartariæ oras Hispanus ardor peruasit, & fidei virtutisque Christianæ munimenta erexit. Mitto Iapones, Sinarum Prouincias, Regna potentissima, & immensi Oceani tractus, per quos Christi nomen Hispanicis auspicijs, & labo-

Y

ribus


XXVI.

Regnū Mexicanū, & Peruanum & quod mundi reliquum est ad Ecclesiæ gremiū ab Hispano attractum

ribus, extruci olim, barbaro ore suavissime resonat.

XXVII.
*Apud Bel-
gas pro Re-
ligione tā-
tum dimi-
catus.*

Quod si etiam, quæ propria sunt, pro-
ducere libet; de bellis Belgicis, iisdem virtu-
tibus, eodemque robore gestis, ut aduersa-
riorum in Ecclesiam reprimeretur licentia, quis
non restat ad dicendum campus? ut turpem à
gloria maiorum labem abstergeret, vitium-
que impietatis infringeret, nec impensis,
nec vitæ commoditatibus peperiet. Et quan-
ta demum in ipsum Ecclesiæ caput ab Hispano
merita non numerantur, verbo omnia compre-
hendam, & honore, & auro id fulget Hispani-
co. Quare videat nunc orbis Catholici arbiter,
& quisquis Religione eminet, utrum conue-
niat Gallus ne sit, an Hispanus. An Gallo pro-
pendendum sit, an Hispano.



S. Quintus.

*Rupellanos comprimit Hispanus. Patauos fouet,
& incitat Gallus, aduersus legem de subditis
alienis non defendendis.*

I.
*Bonus prin-
ceps vigi-
lat aduer-
sus novato-
res, & cir-
ca hoc, cō-
siliū.*

OMNIS Resp. optimis legibus, mo-
ribusque integerrimis benè confor-
mata, ut obligata est, ut curiosis qua-
si ocu-

si oculis acerrimè in omnes partes prospiciat, nouitatemque, si qua sese fortasse insinuat, in ipso sui exordio obterat, enecetque, atque, si quandoque etiã neglecta vires acceperit, contra vehémentius insurgat, lacertosque exerat, ne qua labes politico aspergatur nitore, familiarisque ingrediantur ritus externi. Eo planè modo is, cui gubernacula Religionis cõmissa sunt, hisque seruandis saluandisque iureiurando attinetur, atque ad eò ex auita fidelitate adesse, & prodesse semper impellitur, quando leuitas aliqua specie probitatis mistè induta, stragem virtuti meditatur cõmunisq; incolumitatis nocumento insistit, non potest, non è do mestico egredi otio, aduersariaq; incursioni latus opponere: nã in politica administratione, vbi hominũ tantũ utilitas probatur, si valet integritatis ratio, visque defenditur illata, ne valeat Religionis nomen in qua vtrumque cõplectimur, vbi, & humana salutis momẽta spectantur, & maior supremæ excelsissimæq; Maiestatis, honor ac gloria attenditur.

Enim vero hoc Regi est per quam honorificum vitã, & sanguinẽ non pro patria tantũ verum etiam pro fidei nominisque Christiani exaltatione profunderè, atque in hoc subditorum gloriatio existere debet, quod si tamen se

II.
Principis Christiani est sanguinem effundere pro fide, & si in reprobum sensum agatur, quid facient subditi.

posito Deo, in reprobum abire sensum Prin-
 ceps cæca quadam dementia abreptus incipiat,
 tantumque grauaminis diuinis cognationibus
 inferat, quantum leuaminis, iure æquitatis ad-
 ferre tenebatur. Subditorum manus istam Do-
 mini sui vecordiam grauitè excipere, atque vi
 impudentiæ neruos emodulare potest, *Deu.*
23. Iudic. 3. 4. & 11. Mach. 2. & Can. 4. 24.
quest. 1. sic declarat. Vir iustus. si forse sub lege, ho-
mine etiam sacrilego milites, rectè potest illo iubente, si
quod iubetur, non esse contra Dei præceptum certum
est, vel utrum sit certum non est, ita ut Reum fa-
ciat Regem iniquitas imperandi. Roman. cons. 59.
Alciatus lib. 5. consil. 13. Cephal. consil. 75. At-
 que si omnium regnorum, qui, Regum sta-
 tum Religionis euertentium, Imperium pug-
 nando excusserunt numerum inire vellemus,
 multo sanè labore opus foret. Sed laudem
 obtinet, ista erga Deum, hominum fidelitas,
 uti quidam Politicus. *Vulgari contra regem*
suum armantur: quia factus Christianus fuisset.
Adiebanorum Sarrapæ petunt regi suo à Persis in-
ferri bellum quia factus Iudeus, patriam Religio-
nem deseruerat. Quid narrem maledicta in Alexum
Commeneum, & sediciosas voces olim in Francum
regem qui desciuerat à recepta Religione. Videri
Francie presentia bella hoc eodem modo commota
 à mul-

à multis Gallie ciuitatibus, & nobilibus aduersus hunc Henricum Quartum, quem tandem, & uident sue Religionis.

Sed videamus: Gallorum expeditio in Rupellanorum euersionem constituta, an æquam, ex his quæ dicta sunt, sibi laudis materiam decernat; & certè sic nobis persuademus, Gallum, si Dei hortatu, intuituq; uitæ Religionis conseruandæ, atque augendæ militarem manum contra Rupellam adduxit, si ad hæresim euellendam exterminandamque processit, rem æternis tabulis consignandam aggressum fuisse. Quicquid etiã de sua opinione statuatur, deliberataque sententia pro meliore auspicio ominetur, quod belligerantibus, ut plurimũ accidere solet, ut suam causam, cuique alteri præualere velint; expressit hoc Paulus Ænili: cum refert. *Suum quisque bellum sacrum prædicat, hostes quisque suos impios dicitur, suam quisque causam sanctam nominat, in ore omnium sanctum, piumque versatur: consilio, conatu animo secus efficitur de mortalium iure res est, ea cõtrouersia tollatur, nulla erit armorũ causa, nunc nullo nefario scelere nomen pietatis præceditur sacre militie nomen ad hæc arma. Ad vim igitur, si pro Religione sese accinxit Gallus, proteruiamq; Calvinianam, ac Lutheranam, tot statutis, tot*

III.

Laudatur
euersio Ru-
pella, & as-
serius illud
bellum iu-
stum fuisse.

edictis decretisque, multo ante iam lassatam à
 fibris abrumpere nixus est, nemo prorsus sit,
 qui ambigat, quin bellum sanctum, piū, Deo-
 que Reipublicæque honorificum salutareque
 fuerit, cui æquum erat parere subditos. *Ter-
 tullian. in appol. ib. non sumus inuenturi contra istos
 occasionem vllam nisi inueniamus de lege ipso-
 rum: Alciatus in 1. l. ff. de iust. Et iur. Cicer. 2.
 de offic. vult, inquit, hoc multitudo, patitur consue-
 tudo, fert etiam humanitas. Bald. lib. 2. cons. 385.*

IV.
 philippus
 hispaniarū
 ex arma-
 us stat cō-
 tra Rupel-
 lanos.

Fecit etiam causæ rectitudo concepta, vt
 isti bello, & aliorum Principum, & manus, &
 animi adiungerentur, vt horum auxilio decer-
 tationis facilius sequeretur euētus, inter quos
 promptitudine, & fortitudine excelluit Phi-
 lippus IV. Hispaniarum Rex: namque is non
 tantum subsidium præstitit, verum ipse quo-
 que contra Rupellam armatus cum Gallo ste-
 tit, neque Gallum vero ad ostentationem
 panoplia seclus specie quadam bellica delusit
 animos intuentium, verum multò magis omni
 procul ignauia fictioneque exclusa, ad hoc, quod
 ornatus iste formidandus præferebat, mentem
 quoque sine fraude, sine dolo adiecit, nō mag-
 noperè æstimans, quicquid sinistra Gallorum
 suspiciones inde sibi decerperant, æquissimum
 factum iniquius interpretantes, vtpote iurium
 ignari

ignari, quæ armatam cuiusque præsentiam pro auxilio stare decernunt. Crænet. consil. 224. Cephal. 57. Bald. in l. 1. C. de ser. fug.

Excitauerat regem ad tam insignem pietatem, & audaciam Comes Oliuariensis pietate, & Religione in Deum excellens, qui iuris debitum optimè callens (quantumuis obscura quadam Gallicæ prætensionis consilia incurrerent) utilitate, atque honestate difficultatem attemperauit, patriæque consulens, in alieno solo cum ista amicitia eum detinuit, à quo motus inquietudinesque pacata vicinitate oriri poterant, præoccupauitque libertatem familiaritatis militaris, imò, & rei familiaris neglectum Religiosus persuasit affectus.

Eoque apparebat clarius, Ruppellanorum in Deum, & in Principem suum rebellionem crescere, qua suppressa non modicum vulnus orbis acciperet vniuersus; ad fuit igitur Hispanus opitulator egregius, ni à tam memorabili negotio sese abstinens, etiam isto modo subditos contra Dominum fouere videretur, potestatemque impedire dominatoris: obstat enim, quisquis cū res vocat, nō adiuuat; apertè inquit, *Tucidides lib. 1. negamus aliquē à puniendis suis esse prohibendū, nam si eos qui peccauerint, defenderitis, etiam vestri à vobis deficient. Et*

V.
Comes Oliuariensis excitat Philippum contra Ruppellanos.

VI.
Nullus princeps iustitiam alios subditos, ut impediatur dominantis potestatem

quæ confusio ex hoc Hispanæ conselionis defectu, non tantum Rupellanorum, sed totius penè Europæ extitisset: vniuersali enim fiducia, quæ alium cum alio Principe deuincit, deficiente, hinc inde promiscuam luem facile exardescere diuturna, iam experientia edocuit; supremus igitur Hispani hic erat labor, bonū curare publicum, atque ista ratione nec priuato deesse; etsi poterat is absque vlla iniustitia, ad Rupellanorum ciuium, contra vim à Religioso incentore illatam, querelas, dexteram protendere, vt Gallicum fastum frangeret, *Couar. Regul. peccatum, p. 2. §. 9. Bald. l. 4. C. de instit. & subst.*

VII.
An iustè
defendan-
tur subditi
inclementer
habiti.

Hoc vulgato dicto maximè procedit sententia *Bald. in l. 4. C. de inst. & subst. Senec. ultimo de beneficijs. Si non patriam meam impugnat, sed suæ grauis est, iustè defendimus filios contra iniultos Patres, subditosque inclementer habitos, nisi tamen alia professionis norma, Religionisque non probatæ varietas hoc patrociniij genus, vt plurimum repudiaret, Aristot. ethic. 5. Itaque auxiliares Hispanorum accessiones, non ad commodū aliquod proprium ordinatæ, substitutæque fuere, imò potius honestas atque decentia, quæ apud homines mira semper operatur*

ratur, & humanis imperat mentibus, Hispanicum robur euocauit, ad tantosque ausus attraxit. Ecce, ut pulchra fama virtus claret Hispanica? & nunquid simili Gallicus illustratus splendor? equidem illud cognoscere auemus, quamobrem scrutemur arma: facta inspiciamus, processumque bellicum ad bilancem referamus; quamquam etiam non magnopere laborandum censeo: nam ut æqui, iniquique facilis est manifestatio, sic quam mox oculus testem nanciscuntur, vel ad laudem, vel vituperium secernuntur.

Enim verò Gallici conaminis palam animaduersa est iniquitas: nam vix patrijs rebus compositis cum summa consequuta esset tranquillitas, eò processit, tantumque inualuit cupiditatis ardor, tantum dominandi libido exarsit, ut alienis possessionibus inhians, qui alienis negotijs studebat, sola libidine non necessitate, Galliam alta iam pace fruentem ad arma bonis inferenda excitauerit, subitoque turbine caliginem amicis etiam oculis ostuderit, corda vnita distraxerit, atque Principum Europæorum iura socialia dissoluerit. O facinus ferro igneque persequendum! ò Immanitatem in extremam barbariem deportandam, Ecce ut sanguine, innocentum purpuram purpuratus de-

VIII.
Post superatam Ruppellam alienum solum appetit Gallici affatim spernentes Religionem.

fædare gaudet, quid? Ergò nè encinentissi-
 ma illa sacrosanctæ Ecclesiæ dignitas hanc ni-
 tori suo inspergi maculam patietur? non feret,
 non patietur, non sinet: quid verò posthæc?
 Rupellam iam compescuerat Gallus, sed sitim
 nondum omnem extinxerat; sperabamus post
 ipsam fortunam, hæresin è patrio solo proscri-
 pturum, sed spes etiam ista delusit inanes, tan-
 ta enim Religionis colendæ amplificandæ que
 subrepit obliuio, vt suæ potius vtilitati pro-
 spiciens, non tantum in Regno tolerauit, quos
 iam dudum electos oportebat, verum etiã tan-
 ta accessit ad audaciam insania, vt nec salutis
 æternæ, nec humanitatis vllius respectum, ad
 exterâs à fideque alienas nationes animi affe-
 ctum, vitæque consuetudinem attulerit: mag-
 num sanè leuitatis, at maius improbitatis indi-
 cium, atqui sibi tantum prodesse velle infideli-
 tatis arbitrio, & in Catholicos, quotû societa-
 te delectari debebat offensiones, parare, in hos
 tela conijcere, ijs funera inferre, quæ vtilitas
 in vtroque? Ita non placuit vnanimem Eccle-
 siæ distrahere communitatem? & in re grauis-
 sima ab eius placitis, & vero cõsensu delecte-
 re? mutua amoris Christiani vincula desociare?
 Christi tunicam, cui milites pepercerunt, in
 partes crudeliter lacerare? adimis, adimis, in-
 quam

quã Regno, quod adijcere arbitraris; à studio Religionis recessisti? certissimum rebus præsidium sustulisti; & quam iniquè Deo repugnat, qui perditorum hominum non tantum sustinet mores sacriligosque ritus, sed adhuc eos animat, atque adeo in illorum admitti consortium cupit: inimicus iniquitatis Deus. ita olim præcepit. *Aufferes, inquit, malum de medio tui.* Nimirum Rectorem, aut Principem violatam Religionem expiare iubebat, ne sceleris contagione astrictus teneretur, si flagitium inultum permisisset. Quod præceptum diligenter advertens Divinus vates Rexque sanctissimus se de multa nocte vigilare solitum ait. *Vt de Ciuitate Domini tollerent omnes, qui operabantur iniquitatẽ.* In quo supplicio contruendo, nullum Deo sacrificium gratius contingere, certum ac fixum habebat.

Verum ista Gallum non attingunt præcepta, quin etiam cum proprio quasi privilegio impietatis sit particeps, ab alio præceptore correctionem expectare, salutare ipsi fuerit. Itaque propria vrgeat commoda, necessitates despiciat alienas, sibi aduigilet imprimis, de Deo postrema sit cura, & cum lucris tandem interitum reperiet suis. Quod si igitur hæc honorum bonorumque turpis affectatio tota Galli est ho-

IX.
Quo iure Gallus Batavos armet, vt Hispanus nequeat illorum dominator esse.

nestas, quanto maiore Hispanum euehemus laude, qui etiam seipso potiore in omnibus habet Deum? attamen acrius Galli conatus obtueamur, eiusque molitiones penitus inspiciamus: equidem Batauis alienis cōtra Dominum subditis, hic se armat, & obsecro, quo iure? at, qua non iniuria? in amicum, in comilitonem, in consanguineū, ferrum acuit, quæ tyrannis? quæ barbaries? omnis infidelitatis se reum facit, quæ dementia? à communi totius orbis concordia sese diuellit; quæ obstinatio? Denique ipsi infidus fit Deo; quæ desperatio? Et hæc omnia, quò tandem spectant? malevolentiam istam iam diù antè oratione insecutus est prudentissimus Seneca; audi Ethnicum, vbi supra relatū, Christiane. *Quidquid erat, quo mihi cohereret, inquit, intercisa iuris humani societas abscidit; si non patriam meam impugnat, sed suæ grauis est; & sepositus à mea gente suam exagitat; abscidit nihilominus illum tanta prauitas animi, etiamsi non inimicum mihi inuisum efficit, prior mihi ac posterior eius officij ratio est, quod humano generi, quam quod vni hominum debeo.*

X.

Nullus princeps esse potest propulator iniuriarū alienorum subditorum.

Et nunquid si auxilio denegato meruit Hispanus, vt hanc in eius perniciem fabam caderet Gallus? & quid etiam omisit ille, quod huic præstare decebat? quod si totam contro-

uersam

uersiam ad æquissimam expensionis trutinam referas: Summam Galli in Hispanam beneuolentiam ingratitude notare cogeris, cui cū omnium bonorum gratia, & sine iuris illius dispendio Hispanus occurrere potest. *Bald. lib. 5. consil. 382. demost. ad Aristo. Thucid. lib. 3. sen. 2. de ira.* Suadendum est autē, vt quilibet princeps in suos, & causis suorum ius dicat: vt exterus non se intromittat armis tanquam iniuriarum propulsator, ecce *Plutar. in Pyrr.* quod Pyrrus venisset Tarentinis, auxilio contra Romanos, qualiter improbet hanc prætextam defensionem: sicquē si Gallus irritandi modum faciat, cui aliās pacis vinculum inuiolabile esse debet ac sacrosanctum: consuetudinemque fœderum ac iurium non cōtemeret, ne Principū ditiones arrepta quacumque bonitatis, aut comitatis specie, cū astū ingrediatur, turbisque deinde impleat, vt ne postea, quam furor occeperit, vires sumat, crescatque in ruinā aperitissimam omnique secum felicitatem in profundam malorum omnium abissum trahat omnino. Oportebat opitulationes Gallorum Batavos elasisse, Francoſque à tam peregrino subsidio sese continuisse, & ista, quam hodieque deploramus Imperij totius, inquietudo subsequuta non fuisset, staret pax publica, atque om-

nium discordiarum sentina ex ipsa Gallia exhausta statum relinqueret fortunatissimum.

XI.
*Quantum
 malorum
 originem
 Galli pro-
 nocarunt per
 auxilia Ba-
 tavorum, ipsi
 quanto pe-
 riculo liber-
 tate ponat.*

Videmus ergo quæ malorum sit origo videmus inquam qua occasione, & defensione arma utantur Hispanica, quam iusta horum contra iniustos sit eductio, ut quæ turbata componere, infesta tollere, molesta moderari nitatur, eorumque suppressere commotiones subdole concitatas, quæ quasi stirps sunt, & semen, unde hodierna malorum omnium seges enascitur. Proinde se tempori retrahat ad vicina Gallica confusio suaque se iacet in patria: Nō egent Bataui Gallis, non ea quam præstruunt illi libertate eorum erigetur Respublica: ast citius etiam opinione corruet, cum rerum, & temporum ea sit visicudo, atque ea sese vendicantium auctoritas, ut quod hostilitate natum est, bonum ad radicem nunquam perueniat, quoad usque statim restituatur pristino Belgæque sint Francorum hostes uti fuere, quæ igitur stabiliri non possunt, nec quorum possessio tam est firma, ut in multam temporis ætatem duret, frustra in partem dominij per insidias, vel astute per consilia attrahere conamur: & quid terrarum orbem commovere tentamus, quando domi nostræ pacificis nobis

nobis esse liceret, quod per arma, nec terra,
nec domi alienæ consequi, aut obtinere ne-
quimus.

Hæc procedunt rectè, iniustitiaque
Gallorum patet in hac quam vocant defen-
sionem Batauorum, vicinitas siquidem tantæ
potentiæ iam est temperata, iam Bataui non
experiuntur, quam ipsi quondam vocarunt
immoderatiorem seuitiam, imo ipsi depellere
possunt quamcumque manum, non solum de-
pellere, imò, & irruere (sed quid mirum si ipsis
tota Europa adstat) in ditiones Hispani, vti
quotidie per insidias in remotis regionibus
absque belli nunciatione inuadunt. Iam non
procedet illa iuris regula, quod irato prin-
cipi eripienda est à vicinore Eroellicentia sæ-
uiendi in suos: iam hæc auxilia quotannis missa
non ad depellendum arma Hispanorum, sed
ad extenuandum dominatum, Religionem-
que Catholicam comprimendam respiciunt,
si Barauī per eas quas retulimus mundi dicio-
nes, incedunt inculcantes iacta ab Hispanis
Romana dogmata, qui domi retraherentur, si
Batauiæ pro ipsis non militarent Galli: Ergò
per hæc subsidia non imponunt Galli modum
correctioni immoderatae, sed subditos inso-
lentes

XII.
Cessat iam
protectionis
iusta ti-
tulus in au-
xilijs ad Ba-
tauos missis
à principi-
bus Europa


lentes receptant insolentioresquè tam Deo quàm domino temporali faciunt.

XIII.
Galli nō se
reduunt seu,
rosimò ca-
ueri debēt
in Batavis.

Et si Galli dicunt, sui Imperij securitatem hoc modo quærere, alias siquidem illud Europæ vallum, Bataviam, si Hispanus perumperet, nihil à modo superesset obicis impotentiaë ipsorum; iam non esse quæstionem de subditis alienis non defendendis, sed hæc bella quotannis ab ipsis inferri prætextu defensionis: Hæc enim imprudentia civilis est, iam Batavi satis vindicati sunt; iam contra ipsos vallum frueri Gallis convenit, aduersus eorumque impetum vigilanter se munire, iam eorum vicinitas Gallis noxa est, cras contra ipsos elusos recrudescant: cauti sint Galli, ne dum Hispanum metuunt, incidant in odium vtrorumque omnino profecto si abstineant: consultò faciēt, sufficiat suum cuique onus, ne dum stulta quadam prudentia se alleuare intelligunt, aggrauentur magis.



§. Sextus.



S. Sextus.

Gallorum iniusta pro defectione Fridlandi, & Bel-
garum rebellione contentio. Casaris, & His-
pani iusta in Fridlandum, & rebelles
animaduersio.

D O L V S an virtus, quis in hoste requi-
rat? pulchrè ac perquam venustè di-
ctum à profano; at iniquè atque illau-
dabiliter vsurpatū à sacro: nā omnis hostilitas,
procul à purpura cūm posita esse debuit, nihil-
que præter amicas animorum armorumq; cō-
positiones spirare, de virtute potius ad mutuā
dissidentiam, conciliationem conferenda co-
gitare, quam de dolo ad turpissimam secessio-
nem, seditionemque grauissimam commouen-
dam inferendo curare æquum fuerat; & quæ
laus est, quodque emolumentum, in res à sua
professione alienissimas non propendere tan-
tum, sed pleno etiā impetu, sub prætextu malè
purpurato, sese effundere? Bella tractare, armis
inuigilare, instruere copias, sequi castra, col-
locare acies, adornare pugnas, præesse iubere,
imperare viris conuenit Marti sacratis, non
Deo; quod si tamen, & res, & status conditio

I.
Purparati
desidentes
reconcilia-
re, nō inter
illos motus
ciere de-
hent.

exigit aliena consilia, necesse est hæc extra me-
tam nequaquam sese efferant, sintque ea quæ
remunerationem mereantur, non pænam. De
Ulysse notum est apud Homerum, eum dolo ac
fraudibus, quibus terra marique contra hosti-
les incursus usus est, facta sua mirificè illustras-
se, neque obscuram inde nominis sui famam
extraxisse; verum is bello natus, sapienter
istam sibi vindicare potuit licentiam, ut eam,
cum qua militaris auctoritas crescit, gloriã adi-
pisceretur, ac ducis nomine fruereetur. Sed exi-
re in campos, & victoriæ occasiones captare
seu Marte, seu arte, seu dolo, seu virtute, eum,
qui præter pacem cætera ignorare debet, res
planè insolens est, & nulla modo ferenda.

II.

Galli sem-
per inten-
derunt Im-
perium pro-
pagare, &
adornare,
per strata-
gemmata.

Quod si etiam Gallorum suprema spes
in hoc sita est, adeò ut hoc quasi patrono deliti-
tuto, necesse sit tota corrumpat felicitas; decet ta-
men non ad insidias fortunam cogere, non in
amicos bellum adornare, iniustum turpiq; stra-
tagemate parare Imperium, sed apertis, quod
licet prælijs, in hostem forti, sicque æquo cer-
tamine palmam mereri; quanquã quid de con-
certatione loquar ex qua Gallorum nemo
vnquam celebris exiuit? nimirum etsi à princi-
pio irruant in hostem, postea galleati lepores
ad gladiatorum strepitum exterrifici prius pedi-
bus,

bus, ut fuga sibi consulunt, quam cædibus instare solent; astu dumtaxat superant, & fallacijs; quod libero indignum homine, atque in bello non nisi iusto permissum ita August. *Iosue quæ 1. relatus in cap. 2. 23. quæst. 2. cum iustum bellum susceperis, utrum aperta pugna, utrum insidijs vincas, nil ad iustitiam interest. de quo Ceph. consil. 666.*

Quod quidem bellica ita lege receptum, licet ius non euertat, ex eo tamen consequutam victoriam vilescere, mundo plusquam manifestum est, atqui etiam quid probem astutiæ euentum quouis facile auctore, non autem fortitudinis meritum atque excellentiam, paucis etiam illustribus concessam? certè Romanæ illud eloquentiæ lumen Cicero, cuius sapientiæ plurimum tribuimus secundo officiorum libro asserere non dubitauit, male se rem habere, cum, quod virtute effici debet id tentatur pecunia, sensit cum hoc tota Philosophorum schola. *Thucid. libr. 5. Sill. libr. 15. Polib. lib. 8. 42.* Omnium omnino bonorum vox est, & fortissimi cuiusque decantatum prouerbium; ignaui atque obiecti esse animi, hostem à tergo laceffere, parmam parmæ non conferre, atque ita planè sese res habet, animi imbecillitatem deiectionemque, ictus demonstrat festi-

III.
Vilescit victoria per insidias obrenta.

188. Galli iniusta pro defectione Fridlandi contentio.
na declinatio assultusque improuisus; quod si
etiam vel dormientem, vel nil opinantem se-
dentemque occupet aliquis inimicum, quantā
is pusillanimitatis timiditatisque suæ coniectu-
ram non relinquit, quam iniuriam non infert
audaciæ? & quantum magnanimitati non de-
trahit?

IV.
Insidijs po-
tius quam
virtute in-
signes Gal-
los demon-
strat Frid-
landi pro-
ditio aia-
que moli-
tiones.

Obsecro Gallorum hic consuetudinem
recole; quid vnquam fortiter agere ausi fuere?
quousque illorum fortitudo virtusque euasit?
percurrere si potes, Regiones, vrbes, oppida,
loca, vestigia, inquire, recollige facinora, quā-
ta, quāta, inquam, intelliges fuisse? quid si etiā
leuissimæ gentis acta, factaque recognoscere
animus refugit? Pompam Galli in armis cele-
berrimam ducebant, & valide cum isthac so-
lemnitate sese iactabant, sed præ gladio, & ha-
sta, qua terrebant, non premebant: plus value-
re insidiæ, plus secretæ irruptiones, plus pro-
ditiones, plus fraudulentæ promissiones, plus
denique consceleratæ conspirationes, res hæc
luce non indiget, vrbes, & oppida loquun-
tur, atque illa tam accelerata, tam tempesti-
ua, tam Reip. Christianæ expectata oppressio
Fridlandi hominis perditissimi, atque flagi-
tiosissimi, quid cogitauerint, quid susceperint,
quid denique Galli egerint manifestum fecit;
videlicet

videlicet imbelle vulgus cum spem fiduciamq; dominij adipiscendi bellicæ fortitudini nō crederent, viribusque non satis firmis diffiderēt, virum perfidia plenum, iamque regnandi libidine correptū, ad suas pellicere partes blandis pollicitationibus, obscuris consilijs institerunt, nec vano constitit euentu speciosa sollicitatio, animum perduellis iam sponte sua scelus anhelantem infrigerunt, infractum infrænarunt, infrænatum in fædus fædisimum adegerunt; nec vero satis erat hanc feram istis retibus conclusisse, creuit audacia, atque in Italiam in Belgium in ipsam etiam Hispaniam impudenter sese efferre ausa est, scrutatur fora, aulas intrat, penetrat ædes, atq; ita sub humanitatis synceræque amicitiaē cultu furtim in familias sese insinuauit, quorum obsecro? eorū ne? quorum omnis possessio sub ære alieno signata, iam dudum vt è debitorum conspectu elaberetur perseuerat? minimè vero: eorum ne fortasse qui, cum sua culpa de gradu honoris in quo eos benemerita, maiorumque auctoritas collocauerat, deciderunt, extincta quoq; amplissima virorum excellentium familiaritate, rursus emergere desperarunt? qui, vt inquit, *Cic. partim inertia, partim malè gerendo negotia, partim etiam sumptibus in vetere ære alieno*

vacillare, qui vadimonijs, iudicijs, proscptionibus bonorum defatigari inceperant? nequaquā, an eorum etiam, quorum vita in aleatorum scortatorumque tabulis impudice ac leuiter depicta ferebatur, iamque è seminario flagitiorum exquisitissimorum fœcundissimo educti comptuli, venustuli, delicatuli, amare, & amari, cantare, & saltare, imo sicas vibrare, & venena spargere dedicerant? tametsi hoc hominum genus ad mala patranda aptius ad iuramentum iniquissimum facilius flecti potuisset, nequid tamen absque ratione, & consilio agere videretur, astutijs maiora subsidia quæreret ab infimo debiliū consortio, ad fortissimorum Principum, Ducum, hisque similibus congressiones ascendit, inter hos versari cum his agere, hos amplecti, cum illis familiaritatem facere, illis dextram præbere, suaque studia, atque consilia intimare percupiuit, quid ita? ut potentiori ac validior, manu, iam mente cogitationeque sibi designatum opprimere posset.

V.
Cecidissent
Gallorum
molitiones,
ni confu-
gissent ad
Fridlandū
eoque occi-
so recidere.

O insolentiam plusquam immanem! ita nō innocentium tibi cædem diligere voluisti? ita non sub augusto amicitiae titulo bonos in perniciem naufragiumque rerum omnium trahere, ut posteaquam immerentē percusserint, in æternum

num

num ipsi animæ corporisque dispendium inciderent? de Fridlando iam in nequitia cognito, & penè infidias tentatas conticente, summa tibi cura fuit, nec immerito: nam stante illo iã cadere necesse tibi fuerat, hoc ergo tanquam catapulta ad Austriacæ stirpis perditionem, tanquam propugnaculo ad tui defensionem vti vehementer desiderasti, non ignarus Sciuolæ exemplo qui Porfenam voluit inficere, *Dionis. 1. Linius 2.* Nec Iudithæ laudati ab Origine, Ambrosio, Augustino, & Hieronimo, quod infidias tentaret. Itaque inita fœdera, coniurationem perniciosissimam tanquam omnis improbitatis sacrarium constituisti, in vnus domus ruinam tantam machinam velut equum Troianum produxisti, an vllus vnquam, aut gladiator, aut latro, aut sicarius, aut parricida, aut testamentorum subiectus, aut circumscriptor, aut vrbium agrorumque depopulator potuit deterius? nimirum maleuolõrum in modestissimis Religiosissimisque quibusq; semper inuenit, quod lucerare possit crudelitas. Sic primis temporibus, vt filijs Israel maledicerent Balac, & Balaam conuenerunt, *Num. 22.* sic in Gabaonitarum excidium Adonisedech Rex Ierosolimitanus cum Regibus 4. pacem concluserunt *Iosue 10.* Ita rursum cõtra

Iosue

192 *Galli iniusta pro defectione Fridlandi contētio.*

Iosue, & Israelitas Iabin Rex Aſor, Regesq; alij triginta vniti fuere? ſimiliter requieuit Syria ſuper Ephraim, cū decē tribus & Rex Syriae conſpirarunt in vnum ad Regem Iuda funditus extirpandum, *Iſaie 7.* Et quorſum Iſmaelis filij Nathaniae, & aliorum cum eo aduerſus Godoliam coniuratio, quem praefecerat Rex Babylonis terrae Iuda, nunquid e viuorum, vt eum numero exturbarent? *4. Reg. ultimo.* Sic Cleopatra aduerſus Antonium. Timoleon contra Eumenem, Mitridates in Lucullum, Labienus aduerſus Atrebatem. Metellus, & Marius contra Iugurtam, & alij plures.

¶ 1.
*Fridlandi
occiſſum iuſte
Europa
omnis fate-
tur, Gallia
tantummo-
do illacri-
matur.*

Sic igitur poſtremo hoc mundi turbatiſſimi ſaeculo Francorum effrenata inhumanitas cum ſceleſtis, ac deſperatis hominibus in ſanctiſſima Romani Imperij capita coire, exitiūq; inferre vltimum non dubitauit; ſed praue nit Deus malitiam hominum, & manum iuſto protendit: ſiquidem iam faces accenſas diſturbauit, ferrum iugulo admotum repreſſit, totūq; mali turbinem in caput perfidi conuertit, & quia nec iuſtis locus monitis fuerat, nec diuturna exſpectatione animus metefcere, nec blandis iuternuncijs ad ſeſe redire nouerat, vindictae ſuccubuit, & iuſtas Deo hominique pænas exſoluit: hanc iam diu ante ſibi mercedem
| ſigna-

signauerat, hunc pro tanto maleficio silei tumu-
lum effoderat, sinistro plane augurio vti cæpit,
sic scelere nondũ expleto infelici genere mor-
tis vitæ terminum compleuit, & qui nocere
alijs attentauerat, plus sibi nocuisse compertum
fuit. Proditionem in aliorum destructionem
parauerat, sed alijs innocuis prætermisis sibi
inde damnum construxit, alios pupugit, se
confodit, nondum spolia aliorũ attrectauerat,
& iam se peremisse inuentus fuerat, in Regni
hæredes eorumq; fortunas manus inferre vio-
lentas omni pudore posito instituerat, & ecce,
ipse sibi animam, formam, conscientiæ quietẽ
atque ad eò conuictum hominum opinione
citius eripuisse innotuit; Verum iste tam repen-
tinus tam, inquam exoptatus vbiuis locorum
cũ in frequentissimum aplausum abiisset casus,
vna Gallia magnum suæ conditionis infortu-
nium rata expauit, suspirauit, illachrymata est,
& in hoc fortasse non peccasse credimus, cum
solemne suam tenerit, & nihil à sua pietate
alienum fecerit, quanquã, & in bonos pia esse
debuerat, incusare technas, execrari iniustitiã,
improbare tyrannidem, meritamque condem-
nationem impij admittere atque collaudare.

Sed plangat tamen, ingemiscat, etiam, si
ita insolens est indignetur, & frendat dētibus,

VII.
Milites
quiescentes
occiso Frid-
lando testi-
moniũ per-
hibent pro-
ditionis.

194 Galli iniusta pro defectione Fridlandi contētio
nos interim iustitiæ exsoluisse debitum, & re ad
Cæsarem ultionem à nefario sumpsisse, vnani-
mi voce contestabimur, maximè cū milites nō
sæuierint postquā agnouerunt non malis arti-
bus occisum, Fridlandum, imò quieuerunt vti
scientes transfugij, non lecus ac olim, Persarū
Romanorumque exercitu extinctis Caracala,
& Iuliano. *Herodian. lib. 4. Ann. 25.* quem qui-
dem, & veterum Regum ac magnanimorum
heroum, & militum exempla affatim tuentur,
qui in istiusmodi gentem proditorium, & spe-
cie amiciciæ dolosæ aspere satis inuecti sunt,
ferroque, & igne excindendam iudicarunt.
*Bald. lib. 5. consil. 434. August. 5. de ciuit. Soto. 5.
de iustitia, questio. 1. artic. 2. Menoch. de arbitr.
quest. 90. Tacitus annali 14.* De Pausania Lacede-
moniorum Imperatore in historias relatum est
à Patre suo Agesilao, quod à Xerxe quinquā-
ginta auri talentis corruptus Spartā prodidisset,
ad pænam postulatus, intra Palladis templum,
foribus cocto latere obstructis, fuerit conclu-
sus, ibique extrema consumptus inedia in-
feliciter diem suum obierit, & maternæ quo-
que pietati exosus, sepultura caruerit, ipsis be-
stijs deterior, quas eo nonnunquam honore
dignamus. *Plutarch. cap. 21. paral.* Et de He-
radamone Tyanensi, constat eum ab ipso Au-
reliano

reliano Impetatore, quod Tyanæ patriæ proditor factus esset iuste interemptum. *Vopiscus in Aureliano.* Terperam Romani Capitolij Præsidis filiam, quam pessimæ proditionis ream mundus nouit vniuersus, sub Sabinorum sententiarum pondere, sinistra sinistrae manus ornamentorum postulatione decepta condemnataque, animam exhalasse, quis ægro vnquam tulisse animo auditus est? merito nãque tali facto merces talis respondere debuerat. *Liuius Plurarch. florus.* His accedit potius suffetius Albanorum Dux, qui quod à Tullio Hostilio Populi Rom. Rege perfide desciaisset, binis quadrigis vinc-tus, immanissimo supplicio laceratus est in partes. *Liuius libr. 1. decad. 1. Plutarch. capit. 14. paral. Plin. cap. 4. de viris illustr. Gell. lib. 20. cap. 1. Volater. lib. 17.* Prætereo multos qui ad hoc pæ-narum theatrum educi poterant.

Sed pro iustitia causaque iustissimi Im-peratoris hic numerus sufficere potuit. Imma-nem itaque belluam, etiã omnia deuastare in-cipientem, hic diligens Paterfamilias è vinea sua amouit; atque extrema ipsi etiam innocen-tiæ seuerissimè intentantem, humi afflixit. *Ci-cero. pro Diotaro. & Verre. 3. plagaque percuf-sit irremediabili, quam profecto si distulisset clementia, si benignitas etiam ad diem vnum*

VIII.
Vnos ietm
Fridlãdus
potuit Im-
perium de-
struere.

196 Galli iniusta pro defectione Fridladi contētio.
sustinuisset, sine controuersia emisso tanquam
ē custodia infortunio, spes resque suo ē statu
primum mota ad extremum cum magna simul
sperandæ felicitatis ruina intercidisset, digna-
tum quidem lamento, quod in simili fortuna
his versibus. Claudianus expressit.

*Heu heu quam breuibus pereunt ingentia causis
Imperium tanto quæsium sanguine, tanto
Seruatum, quod mille ducum peperere labores
Quod tantis Romana manus contexuit annis
Proditor vnus iners Augusto tempore vertit.*

Sed iste tantæ perditionis furor Dei potius
quam hominis manu suppressus, prius euauit,
quam in funera, quæ studiose meditabatur eru-
pisset, sic Deus comprimit eos qui non virtute
sed arte ad victoriam aspirant, & quam ducum
culpa dedisset omnia pessum, ante incendium
scintilla emicuit, ante capturam fouea inuenta
est, cecidit, qui sternere cogitabat, occidit, qui
perimere nitebatur, nec antequam cædem fa-
ceret, coram iudice stetit gladius, immunitatē
in apertissimo crimine inuenit.

IX.
Violato iu-
ris ordine
potuit pro-
cedere Ca-
sar.

Et vt perfidiam cito corrigeret, velut vl-
tor publicæ securitatis, & salutis totius populi
Christiani à iudice deflexit, præuenit moras,
vt periculo imminenti occurreret, neq; in hoc
ius violauit, imò iure fecit, August. 5. de ciuit.

Sot. 5.

Soc. 5. de iustitia quest. 1. art. 2. Menoch. consil. 2. lib. 1. Et de arbitrar. quest. 90. Et quid ageret vbi non minis, sed ipso vulnere mederi debebat? vbi non correctione, sed latione sanare? maxime si in iure necesse non est fieri, quod factum non releuat, l. aliquando, §. sub condicione, ff. ad SS. Consul. Velei. & quamuis monitus esset facile iudicium eluderet, aut irrideret, & sic non debuit moneri, Bart. in l. 1. ff. de integ. restit. Proinde non solum si refractarius est, monitoque non acquiescit, sed et si clandestinis fallacijs simulata fide exercet fraudem, aut de ea suspectus teneatur, excusatur admonitio. Alciat. lib. 7. cons. 10. l. quisquis, C. ad legem Iul. maiest. cap. quisquis de penis. dist. 1.

Neque magnopere, Cicero in oratione pro Milone, his iuribus aduersari videtur quando ait, nisi quia res perfecta non est, ideò puniendā non fuit, quasi exitus rerum non hominum consilia legibus vindicentur, ipse agebat contra Clodium qui cum sicca Pompei trucidandi causa deprehensus fuerat, in quo totius Reip. salus, & maiestas periclitabatur, in quo casu non erat dubium de scelere, sed quāuis, sub dubio esset, an sit hostis, an amicus occidendus veniebat proditiōnis accusatus. Inst. 12. 18. ibi. reputant non tam hostem suum fuisse Darium, quam amicum

X.
Cogitationes peruel-
liū puniun-
tur, uti sce-
lus perfe-
ctū, quan-
do conspi-
rāt in salu-
tē populi.

198 Galli iniusta pro defectione Fridlandi contentio.
eius a quo fuisset occisus; ideo probatur, apud
Liuium lib. 27. Marcelli, mors (dum lauaretur) ab Annibale facta, & Corboli nobilis barbari, apud *Tacitum annal. 14.* qui specie amici dolum parauit, sed nondum exequutus fuerat. Quod procedit et si leges negent illum proditorem esse qui nondum ostendit, quod facere debebat, *Alciatus lib. 7. consil. 10. l. penul. C. de furtis.*

X I.
Matura de
liberatio
Caesaris in
occisione
Fridlandi
populique
pao ea ac-
clamatio.

Maturé igitur, & non sine cautione quadam, hunc qui tam iniquo fato superstes, ex offus superis, inferisque inuisus vitam iniquissimis cogitationibus alebat, optimus Imperator non data prius, scriptaque pro tribunali sententia coram reo iam condemnato, contumacem bonisque patriæ, & legibus obnitentem turpitudinis suæ conscium fastu tumētem, ingratum animoque suo obsecundantem tanquā in ipso limine apprehendit, prostravit, atque exanimem reliquit, opportuneque Hispanus aliā conspirationē præmeditatā in Belgio oppressit ut nullibi possit Gallus laudare transfugas suos, uti Darius Zopirum, Cyrus Araspam, *Xenoph. 6 Cyrop.* hisque artibus minimè Romanis non erigetur, sicque Ecclesia languens, Imperium moriens, belgium titubans, totusque denique orbis collabascens respiravit, erectus est, sterit, atque

atque acceptum ei totũ hoc refert beneficiũ, quòd tanta prudentia, tanta velocitate, tãta celeritate ingens sustulerit, præsensq; nimis maleficiũ, sic temeritate vacat tam festina, & tumultuaria plane executio: Imperiali enim potestate vsus (quãquã nõ absq; cõsultoribus) infamiã cædis impediuit, neq; vlli, qui legũ habet, prudẽtiã viciosa est animaduersio. Neque verò imperitæ plebi, in hominis proclamati cõtrucidatione, recuperata salus displicere potuit, & licet causa lateret, bonitas tamẽ euentus voluntatẽ præcipientis iustificauit, & quod iã pridẽ tardiores Fridlandi moræ, frequensque nimis cunctatio suspicionẽ auxisset, sic nõ tantum ab omni leuitate vindicata fuit punicio, sed maxima bonorum omnium acclamatio, approbatioque consequuta.

Nec nõ idẽ accidit in Belgio, & reliquis ditionibus Austriacorũ, in quibus Galli suos fiduciales peccunia parauerant, & similibus fraudibus, & artibus transfugiorũ vñ fuerãt, vt proderent vrbes, classes, populũ cõmouerent ad feditiones, seque hostibus darent postquã proditionẽ Fridlandi consumatã viderẽt, exercitum transfugisse, Cæsarẽ & Austriacos occisos, sicq; Hispani imperia omnia armis positis ad ipsos cõfugerẽt, cũ subiugari ipsis mallent, quã bellicæ omnifaria vastatione deleri.

Ergo

XII.

Conspiratio hæc in reliquas Austriacorum ditiones respiciebat,

XIII.
Iusta in
transfugas
& prodito
res animad
versio.

Ergo tã à Cæsare, Hispano, Austriacis, & Religionis Catholicæ protectoribus hoc periculũ arcendũ fuit: ergo postquã detecti fuerũt hostes occulti, & subditi, & amici simulati, qui iã hostibus verba dederant digitisq; pactiones signauerant, tam qui trãfugere cogitabãt, quã qui alios ad transfugium mouebant, tã speculatores, quã istarum fraudum architecti, duriter tractandi sunt. Ergo Cæsar, & Hispanus remunerare tenentur illis, qui has tentationes apertierunt, subditis & plebi per inscitiam, & deceptionem attractæ ad transfugium, indulgere.

XIV.
Gratiarum
actiones
Deo debentur, quod
hanc cõspirationẽ euerterit.

XV.
Conspirationis
destructione
debetur
Deo
gratiarum
actiones
debetur

Et nos, ne verborum multitudine obscuremus, quod per se clarè elucescit, hoc quod fortè deesse potest, prudenti, expertoq; in multis viro discutiendũ supplendũq; relinquimus; & quod hanc Imperio Christiano, Orthodoxæque Religioni impendentẽ, Deus bonorum omnium protector tempestatem discussit, hostiumque tumorem, atq; intolerabilem superbiam vnus capitis præcisione mitigauerit, vimq; ad ipsã etiã stirpẽ debilitauerit, non mediocres referre gratiarũ actiones, omnes quotquot sub vno capite, vnus fidei vinculo colligamur, debemus, tantoque acrius accuratiusque, cõtra immoderatam improborũ, immaniũq; hostiũ petulantiam nequitiamque vigilare.

S. Septimus.

*Transitus ex Italia in Belgium in iuste
a Gallo interceptus.*

AVDAX sanè facinus, & tanto Regi
propè indignū; Gallus, vt liber in Ita-
liam pateret transitus, eamque inter &
Belgium pro libitu posset, ea animi libertate est
vssus, qua ante eum nullus facile Regum, nimirū
Principum aliorū ditionibus intactis, in eam Gal-
liæ Belgicæ partem, cuius dominium Lotharius
primogenitus Ludouici Pij olim obtinebat, atque
Austrasia tunc, nunc verò Lotharingia nuncupa-
tur, arma & gentes intulit; fecit hoc iam dudum
in Lotharingiæ Ducem conceptum odium, quod
quo iure in tantam tam que insignem indignatio-
nem excreuerit nō video, fortasse quod Dux pro-
prijs iam sedibus pulsus Ducē Aureliensem in par-
tem amicitia traxisset, cum que exulem, & ipse pe-
ne exul hospitio honorasset? imò verò vt clarius
loquar, quòd Austriacis adhæresceret, eos que ma-
iore, quam par esset fauore prosequeretur, neque
a transitu, siue in Germaniam, siue in ipsum etiam
Belgium prohiberet.

I.
Quo præ-
teritocca
pantur i-
tineris a
Gallos

202 *Transitus ex Italia in Belgium*

II.
Dux Lo-
tharing⁹
iniuste de-
bellatus
quod iter
Austria
eis permi-
seret

Et quod obsecro, peccatum, in hac concessione Ducis Lotharingici: an ergo aditus occludere debuit his, quorum & merita, & dignitas postulabat, ut latissimè etiam paterent: omnino reprehendi non potest ista Ducis in Austriacos tam liberalis permissio, quinimo, si is defuisset fauor, iam tum euertisse videri potuisset ius illud quod omnia itinera libera diffinit *Bald. lib. 3. cons. 293. August. Num. q. 44. ibi notandum est etiam quodammodo iusta bella gerebantur a filiis Israel cōtra Amorreos, innoxius enim transitus denegabatur, qui iure humanae societatis equissimo patere debebat arg. tex. in l. iter. ff. comm. prad. Menoch. de retinen. remed. 8. n. 17.*

III.
Qualiter
diuisa fu-
it olim
Monar-
chia Gal-
lorum.

Neque obstat, Lotharium supra memoratum dignitatem Imperij, partem cum Italia, vrbe Roma, & prouincia communicasse, partem que Gallie Belgicæ, Mosam inter & Rhenū sitam, suæ ditioni subiectā tenuisse. Ad hæc verò, inter Carolū Caluū, (qui tum Regno Occidentali Francorū a Britanico mari vsq. ad Mosam fluuiū potiebat) & Ludouicum qui Regno Francorū Occidentali, totique Germaniæ imperabat, super transitu vllas vnquam contentiones aut pugnas extitisse, quis comperit?

IV.
Ab anti-
quo liber-
tas tran-

At certum est, hos, postquam diuisioni paternæ steteret, liberam meandi remeandi que potestatem, mutuis quasi sponsonibus, aut iure potius com-

muni

mūni sibi reliquisse, infregit istam licentiam Gallus alieno que solo inhians humanæ societatis iura violare non erubuit, donec claves transitus à conuicino Lotharingo arriperet, credo non alio impulsu, quam quod in Germaniam cum manu valida irrumperere paranti, iamque ad Sueciæ Regis Collubiem properanti, Protestantium que fœdus Religioni, & Imperio contrarium sibi adisciscenti pro eo ac debuit obstitisset.

*selidi pē a
Lothario
giam.*

Enim vero quid talis tam que in rem Catholicam propensus Dux minus agere potuit, quam ut imminentem Ecclesiæ Dei tempestatem, pro viribus etiam auerteret? Iniqua causa in publicum orbis Christiani vergens detrimentum iure communi gaudere posse, nefas est arbitrari, atque improbum esse putem, quisquis transitum cum potest non intercludat ei, qui contra Deum arma parat, viam itaque obstruxisse insolentię, pro que Deo semurum opposuisse, ut pulcrum ita laudabile viro, & viro Duci facinus fuit: defendit hoc factum virorum, & sanctitatis, & factorum fama illustriū auctoritas, cui dum innititur, & culpa omni vacare, & callide prudenter que institutum cognoscitur. Rex David vir secundum cor Dei, Regem cum exercitu appropinquatem fines que Iudaicos penetrare conantem, etiam sumptis armis impe-

*V.
Impi' est
qui nō in
tercludit
arma con
tra Reli-
gionem.*

204 *Transitus ex Italia in Belgium.*

dire non dubitavit, & Iosiam Ægyptium prohibuisse sacra pagina declarat. 2. *Reg.* 33. 2. *Samuel.* 8. *Deuther.* 2. *num.* 20. *Iudic.* 11.

71.
*Iuste infer-
tur bel-
lum Gallo
vsque ad
aditus li-
beret.*

Hoc ergo tantum esse peccatum Ducis Lotharingici arbitrabimur, ut iuste contra eum Gallus arma capere debuerit? certe ista non habet causa, quo stabiliri possit, quin etiam vi usum immerito fuisse patet arg. tex. in l. i. C. com. pced. § in rusticorum vers. ideo autem *Iusti. de seruicue* Communionem que humanam grauer legisse affirmamus, quando duce remoto, quod Austriacis opitularetur Lotharingiam praesit, sibi que subiugare voluit *Alex. lib. 7. cons. 130. Cobba. reg. peccatum par. 2. § 9.* & obsecro iniquius ne ageret, si religionis causa in Belgium transire Hispano nitenti se se opponeret Lotharingus, si inquam belli mollem in eum conuerteret? atqui nunquid reprehendemus Austriacos, si eodem iure utentes, eò usque Gallum oppugnent, dum septos impeditos que viarum aditus eis expediat, liberque in Belgium fiat cursus? & hac eadem causa Turcam praemunt Catholici, vel enim his transitus apperiat ad Sarracenos, vel armis continuis que bellis ipse exerceatur: ita omnino vel Gallus rescindat impedimenta, quoad Batauos Hispanus penetret, vel bellorum multitudine obrutus collabascit?

Ita

Ita ergo, ut non est: Gallus Lotharingie illo Ducatu celeberrimo eo, quo voluit modo potitus, nondum compressit audaciam, sed inde (quod in votis semper habebat) in Rhætos atque Heluetios vires extendit, atque ut maiore cum potentia fortitudine que, Italiae Germaniae que immineret, eandem itineris libertatem, his præscindere conatus est, multa egit, atque in hanc, à qua ius prohibebat gentem sese inferens, non pauca ab ea abstulit, se que circumvallans, probè que comuniens urbium arcium que subsidijs procul extra Catholicorum conspectum accursum que positus, quid statui non quid religioni conveniret, attendit, proprijs que commodis subserviens, & fidelium adiumentis contra hostilem pravitatem sequentium Hæreticorum obistere, & impiorum armare, ac promovere insultus, & seclusis à transitu Ecclesiae Dei propugnatoribus ad fœdera, & arma quocumque tempore renouanda, libertatem & concedere, & stabilire libitum fuit: o facinus pio impium? sic igitur sibi constat Gallus, ut idem sit & in Lotharingos & in Rhætos, & Heluetios, eadem que sibi, apud utrosque iura, cum nota omnibus iniuria usurpet;

Argumento text. in l. qui in aliena ff. de negot. gestis d. l. i. ff. commu. præd.

Neque existimet quis hoc Gallo patrocinari;

*VII.
Itineris
libertatis
præscin-
dit Gallo
ut totam
Europam
comprimat.*

percipiunt
tur, Gallo
itinera
prius ab
Hispano
præoccu-
pata.

quod pari iure, paribus que armis, ipsum prius His-
panus laceſiuerit, aditus præoccupando itineris
que potestatem, arce in Valletellina structa, auf-
ferendo, sic que non calliditate quadam aut in iu-
ſtitia immunitatē libertatis ſubſtulſſe, commu-
nionem que gentium deprauaſſe, quanquam pro
ſui deſſenſione ſtatulque integritate conſeruāda
ſocietati hominum contraire, ſic etiam licitū eſſe
ſibi perſuaderet, ſeu ſalua, ſeu deſtructa Philoſo-
phorum ſententia, qui mundum quaſi vnā eſſe
domum, atque ſub vna cōmunionē fundatam aſ-
ſerunt: *Seneca vlt. de benefſic. Lactant. de Ira Dei. cap.*
10. Tertul. in appolog. Cicer. lib. 3. de offici. Auguſt. 19.
de Ciuitate Dei. Baldus lib. 2. conſ. 195. atque huius
ſi ab Hispanis, primo copia denegata fuerat, &
Gallica quidem natio vt eſt procliuſ ad vltionē
hoc ſibi *Platonis* elogiū *lib. 9. de Legibus puniendum*
nempe qui vim alteri illatam non propulſat aſſumat,
maxime que ſi iure naturæ tenemur homines alij
alijs vltro citro que cōmodo eſſe *l. 3. l. 5. ff. de iuſt.*
Decius conſ. 469. iam tū ab Hispanis rationem hu-
manitatis proprio poſtponendam bono, propu-
gnaculo in Valletellina ad totius Europæ Here-
ticos compiſcendos extructo, edidiciſſe yocife-
rantur?

XX
In capite

Verum iſta rationis taſp infirma oppoſitio in-
terci-

tercidat, ea que vox parū euincit. Obseperat vias Hispanus, atque aditus Gallo intercluserat, non inficior, at numquid amico? imo cautione usus erat: nam ne gentes religioni inimicas (quarum non exiguam semper numerat copiam) in Italiā emitteret, ista contra impendentem fidelibus ruinam præmunitione uti non neglexerat, quāquā alias, & hæc eadem cautela mouit Francos ut iter negarent, *Procopius 3. Gothor.* & præsertim quòd inimico veniret animo. *Cæsar 50. Gallic.* quod si ergo ista ut debet valet ratio, iam que non ad pacē conseruandam (ut Hispanis ea solemnis semper fuit religio) sed ad destruendam versus Italiam procedat Francus, quis vicio vertet Hispano si istā à tā hostili incursu protegat ac tueatur patriam? tam fidelis fidei Catholicæ propugnator hoc tam periculosum incendium à domo Dei non auerteret? venit is armatus non ut defendat, sed ut offendat, est hic non tardat obsistere iam inimico, & quod scelus in facto? quæ inquam in hac tanta fidelitate culpa? neque est quod auxilium, eorum quorum ipse suscipere vult, patrocinium prætedat Gallus, quid enim de alieno curet, cuius nec minimam partem ad eum pertinere manifeste cognoscitur? *Procop. 2. per. Xipbilin. de Vespes.* Sic Veneti quondam de Maximiliano malè præsumen-

*fratineris
publicorū
Gallus gē
tes reli-
gioni ini-
micas de-
ligens.*

tes, quod subdij nomine arma callide palliaret,
 paci Italię sapienter prouidentes, à transitu pro-
 hibere *Guichardin. lib. 7.*

X.
 Hispanus
 ob Euro-
 pa pacem
 iuste ob-
 stat Gal-
 lo transi-
 re nitenti.

Quamobrem Hispanus tranquillitati publicę,
 Ecclesię que bono semper intentus, si Gallicis se
 se opponat astucijs, genti que infidiatrici, animo
 & sincero & imperterrito occurrat; insolens nè
 hoc factum cuiquam videri posset? imo hæc de-
 bita Deo defensio est, ab omni aditu excludere si
 dei impugnatores, atque eiusdem conseruatori-
 bus, istud tanquam priuilegiũ concedi ius fasque
 est, vt vbiq; vias habeant apertas, obice que re-
 moto, suo arbitratu, progredi, ingredi, egredi-
 que liceat: transeat igitur quo libuerit Hispanus
 patrię liberator, & arce Valletellina ab Urbano
 nostro ei commissa contra Francos vtatur, arcea-
 tur verò propellatur que Gallus pacis interpella-
 tor, neque in alienum extra suum Regnum pe-
 dem inferat quid enim? nimirum equitatis ista
 sunt iura.

XI.
 Intempe-
 stive ir-
 ruit Gal-
 lo præu-
 sione ad
 errorem
 commens-

Adhuc etiam exaggeratione indiget ista a Gal-
 lo itinerum interceptio, postquam accepta, vel po-
 tius arrepta opportunitate non declarato prius
 bello, suis seruire commodis, quam omni iustitię
 maluit, neque enim ignorare potuit vt arbitror
 iniustum esse bellum cum ante pro lege, & con-
 suctu-

consuetudine recepta denunciatum non fuerit *ca. r. 23. q. 2. l. 24. ff. de Captiu. Iason. Ball. & repetent. in l. 5. ff. de Iust. Deuter ca. 20. Ioseph. 5. Antiquitat. August. Iud. q. 49.* ab hac tamen consuetudine recedens, iustitiæ que militaris contemptor, omnibus bonis reclamantibus, indignantibus, obnitentibus, solo voluntatis arbitrio Lotharingiæ fines accessit, milite compleuit, accolas terrore, incolas minis, potentia que armorum ex animatos præsisit, expugnauit, subegit; qua clandestina veluti irruptione, adeò multorum, & Ducū, & Principum Catholicorum perculsi sunt animi (iniqua enim possessio opinionem bonam citò subuertit) adeò, inquam, tam accelerata, tam que repentina vafricie, Gallorum omne robur ac constantia plurimorum concidit, cum ab his etiam præuentos se se animaduernerent nam vn rectè Veget lib. 3. *vnuer/a turbantur cum hostis præuenit,* vt Austriacorum virtutem, Gallorum spe, præfidentia que iam imminutam, ac propè exhaustam crederent, viresque ad Italiam Germaniam que ab omni periculo factam, tectam, conseruandam, infractas.

Sed quid mirum arte tam illiberali vsos fuisse, cum huc necessitate quadam compulsi videantur? sibi enim viribus que, quibus multi se minores intelligebant, diffidentes bellum prius indicere

XVII!
Motu est celeritate Lotharingi de bellauit

210 *Transitus ex Italia in Belgium*

ausi non fuerunt, quare vt fortuna, & timor impē-
rauit, ita nulla interiecta mora, agere libuit: omnis
itaque in celeritate fortitudo posita fuit, mætu-
que Lotharingiam accepit Gallus non armis: de-
fendenti enim de muro non facilis est pugna cum
hosticus derepente turbo præualet, citò præualuit
citò inualuit, citò alieno dominio potens cōtra Au-
striaca munimina tardius ad subsidiū cōparata va-
lidè stetit, ceteras que auxiliatrices copias Ducis de-
Feria præmatura Lotharingicæ domus compila-
tio, remorata est; vt hanc tam in expectatā pestē lu-
get Austriacus: vt politicorū nō detestatus fraudu-
lentiā: quibus vt diues obtrectandi est facultas, sic
modò accepta à bonis immeritò damna cum risu
in os quasi impingere non verecundantur, quod
suamet sibi tarditate obfuerint, & furorē percutien-
tium inulti sustinuerint. *Dion. lib. 45. Demosth. ad
Arestog. Bald. lib. 4. cons. 111. lason l. 3. de lasti.* Quin-
fatuos appellare amant, quod cunctando liberta-
tē amiserint, atque prudentiā suggilant eorū, qui
quod adhuc fores non pulset hostis, armorū solli-
citudinē superfluā arbitrantur, ad hæc, & iurisperi-
tos arguunt quòd solas suspitiones, iustā metus ef-
se causam nolint *Thucicid. si cui videmur iniuri, quod
puores defecimus. nos præstolantes, dum planè cognoscere
mus siquid illi nocerent, is non rectè considerat, nam si ex
æquo valuissemus, & tendere illis insidias vicissim, & citè*
Etari

Etari potuissemus, tuto tum ille diceret verum, & cum pe-
nes eos sit facultas nocendi, penes nos hoc decuit esse vt de-
fensionem anticiparemus: in hac igitur rerū militūque
turba, atque tumultu, cū quiescerent Austriaci, ce-
derentque locū Gallo, vt sic victor impune dite-
sceret, totū iam bellū ab omni iniuria, violētia que
vindictatum dicere non sunt veriti, quantūuis post
illatam vim exurgeret patronus.

Præterea, vt ante hac in eo Gallorū industria
desudauit, vt suo more Principes Europæ laceffe-
rent, postquā Pedemontanas ciuitates à Sabaudis
separassent, eo fine, vt Sabaudis subiecto neque ip-
si, neq. confederati à transitu impedirentur, sic nūc
occupatos citra Cassalem, & Mantuam vrbes, cō-
tra hostiles machinas firmandas insigni fallacia ag-
gressi sunt; simulantis enim ad vrbiū liberationē se
egredi, pasim in patentes viarū aditus se se effude-
re, talique cōmoditate qui alijs emolumento erāt,
transitus excepere, vt inde Italię minari possent,
armis que in populū tumultuantē conuersis, totā
gentē pulcherrimo conatu sub iugū dare, celebre
profecto stratagema de quo *Liuius lib. 7. pugnamus*
inquit verbo pro Sidicinis, re pro nobis, cum viderimus si-
mitimum populum nefario latrocinio samnitum peti, &
vbi conflagrassent Sidicinij ad nos traiecturū illud incen-
dium esse. Sed subdolæ illæ traductiones, atque infi-
diæ artificiosæ, & naturali & gentium iure impro-

XIIII.

Quam fa-
mulate in-
tercepta
itineris à
Gallo in-
intubria.

bate, parū laudis & minus valoris apud Catholico-
 cos Principes habere debēt, vt quę pios dedeceāt
 vehementer *Bald. lib. 1. cons. 273. & 327. & lib. 2.
 cons. 14. & lib. 3. cons. 218. & lib. 5. cons. 188. & 352.
 Alciatus lib. 3. cons. 36. Cephalus cons. 713.* Attamen
 Gallorū, quę est probitas illaudata non pietatē spe-
 ctantes, sed vtilitatē sequentes, quod imis animi re-
 cessibus venenum tegunt, hoc verborū lenocinio
 dulcorant, quo suauius Italis Germanis que con-
 dimentū obtrudāt, quo capti, velut hamo pisces, in
 miserā calamitatē que deplorandam abducātur.

XIV.
*Transit⁹
 in Italia
 quem ap-
 petūt Gal-
 li est cum
 amicitia
 armata.*

Libertatē liberalissimē promittunt, sed pericu-
 lossa promissio, fascino oculis obtendit, vt blan-
 da imagine boni illecti, hoc quod non vident, sen-
 su præsentiscant: fides Gallica speciem habet auri,
 non tamen aurum est, fuccū præffert, sincera non
 est, atq. hoc quod apparet, esse parū curat, falli me
 fortē putas, & cū temeritate loqui: at respice tem-
 porū seriem, & memoria præteritos cōplectere an-
 nos, & à veritate vix aut ne vix quidē me deflexis-
 se animaduertes. Galli transitū in Italiā non nisi
 armata amicitia procurant, quid nisi vt dominan-
 tur? ad alienas anhelant terras, quid nisi vt impe-
 rent? exteras nationes quęrunt, an vt societatem
 foueant? imo vt dissoluant, ac dissipent, ciues que
 pacificos sedibus ex turbatos seruituti emancipēt.

Cedren.

*Cedrem. nihil (inquit) abest à captiuitate iussio de migran-
dis sedibus vide vt Gallicę potentiaę augmentū, alijs
est nocumentū, calliditas est, non necessitas, quā
allegat, turpitudinē qua infamis est, iam multo an-
te reprobata c. 9. 22. q. 2. Gellius lib. 8. c. 8. Cicer. 3.
de offic. Strab. 9. Polib. lib. 6. & 7. Athen. 8. Balb.
lib. 3. conf. 121. Alciat. lib. 5. conf. 46.*

Neque transitus omnes possidere satis fuerat
Gallis, sed iisdem & frui, eorundem que plenum
exercere dominium connitebantur, verum huic
machinationi restitit Imperator, iura que feudorū
immunia atque illeſſa præstans, bellicum apparatus
in Mōpheratensem Marchionem ac Mantuæ Du-
cem expediuit. Is Marchio non ignorantia, non
incuria rebellis sed contēptu Cęsareę Maieſtatis
inuestiturā Marchionatus petere recusabat, vtiq.
a Gallis instigatus, vt imperij iura quasi negaret, ta-
metſi probē sciret Dux, neq. ipsi Galli ignorarēt Du-
catū Mantuæ, & Marchionatū Montisferrati etiā
post accisū imperiū, Imperij partē remanere, vt
notum est in Europa, Ducisq. antecessores in ipsis
inuestituris, quibus yſsi fuerant testimonium re-
liquerant.

Motus Imperator hac animi præſumptione cō-
tra tantā inimicorū audaciā ire debuit: nequē hic
aliquā reperire est iniuſtitiā, belli nempē causam
equiſſimā sequutus, Duci arma intulit omni iure

XV.

*Vt non
solū tran-
ſitus ſca-
pletū de
miniū Ita-
lię procu-
rēt Gallie*

XVI.

*Impera-
tor iuſte
intulit be-
llū Duci
Mantuę
vbesq.
obſedit.*

cōcessa, præsertim cum & feudatarius & cliens nō petēs inuestiturā a domino intra annū & diē, feudū amittat, inciderat vero Dux Mantuæ in cōmissum, dolose ac cōtumaciter inuestiturā respuens. *Glos. fin. in l. fin. C. de iur. emphith. scribentes in l. ad diem ff. de verb. obligat.* cuius & prædecessores indignationē incurrerāt, ideōq; lege feudali priuandi l. Imperator §. illud de prohib. feud. alien. Freder. quāquā in materijs feudalib; verū est, equitatē cōsuetudinis feodorū, illēsū cōseruare ipso iure heredē, qui per ignoratiā petere neglexit inuestiturā, intra annū c. fin. de prohib. feud. alien. per Lotha. quę quidē opinio & necessitas restringitur ad causā doli & cōtumatiæ nō petētis inuestiturā l. penul. ff. ad Syllā.

XVII.
Demon-
stratur
ut fines
Gallorum
fuerint re-
gnam pro-
tendere.

Equidē ab ipso tumultus Gallici exordio eō omniū sententiæ atque spes collimarunt, hūc omniū spectabant vota, vt Regni limites protenderentur vt non obscurē prodidit filij Ducis tanta celeritate contractū matrimoniū tanta celeritate a Pontifice expeditū, nondū pertentatis principū quorū intererat animis? Hic finis qui a difficultate plenus tanto impensius elaborarūt Franci, vt domitā sub iugatā que Italiā coercere possent, itaq; accelerarūt impetū, vt iam dictū meminimus, atq; Alpibus superatis vrbes quæ ad Cassale, & Mantuam viam intercludebant, inuito Sabaudō, & nequidquam reluctante irruerunt, suæ que ditioni ascripserunt.

Hæc

Hæc contra Ducē, Cæsaris indignati cū equa cōstaret causa, & iam in furorē excreuisset, non beneficio Ducis placata, sed nouo maleficio fota grauius exarsit, quippe præterquam quod, Italiæ hostia pandisset Gallis, cū totā inflāmani Europā cerneret, obfidione imperiali præmi Cassale, atque a Gallo nō semel succurium expetijisse, sed irritō semper eum recidisse conatu, Gallorū & cōmunicatione & auspicijs vti voluit incidens vti antecessores in fello-
nia, reusq. publicæ maiestatis per scelus publicæ temeritatis factus, coiens que cū Gallis, quod virtute nō potuit, artibus Sabechitarū, nefariè efficere nō destitit de quibus. *1. Samuel 11.* Pactus est cū Cæsarianis dierū numerū constituit, quo cōpleto si superpetiæ ciuitati nō aduenirent, deditiōnē se facturū spopondit, interim tamen obses, in victū nihil deesse paterentur: res itā cōposita est, transuere dies non multi, extulit signa Gallus, vrbi cum exercitu apropinquauit, sed impari gaudens sorte, fere sine cōgressu pacē poposcit, qua cōstituta, fide que post deditā vrbe[m] firmata, Hispanus continuo domū regressus est sed ò perfidia! tecta tandē erupit iniquitas, fidem dederunt vt fidē fallerent, arma quīdem possuerunt sed non animū: opportune enim occasione vsi, quod vi frāgere aut prærūpere nequiuerunt, occulto infidiarū adminiculo moliti fue-

re: vrbs illa quæ felonix & ingratitude titulo cõdemnata Ferdinãdo Cæsari, prius cesserat, perfido ausu, clãdestinis immisionibus, lege dirẽpta, proscritto iure, occupata atq. recepta fuit. Audax facinus? sane verba non suppetunt quibus in istam satis inuehiq. eam perfidiã, tãto ea Sabelchitarũ maior est, quanto deterior, quãto malignior, quanto turpior nãque isti verbo duntaxat hostẽ defraudase deprehensi sunt cũ promissã vrbs traditionẽ iniqualsẽt. Hi verò & pacta æquissima fortuitu ausu rescindẽtes, non tantũ fidẽ fefellerũt, sed turpi crimine omnẽ fidelitatẽ defẽdarunt, & hostes plusquam infidĩ insigni malitia fraudes, ac tegnas suas cõpleuere.

Verũ obnitebãtur, pro que sui defensione ad depellendã infamiã stipulatã vrbs defensionẽ, necessitatem que adducebãt, qua artes quæcũq. excusantur probanturq. Bald. li. 3. cõs. 458. & li. 5. cõs. 405. sed gratis ea diligentia propulsio que criminis adhibebatur, nã quod Austriaci a Gallo eius que regno se abstinuissent, soli que fuissent, vt tutãdis iuribus, cũ sufficiẽtia fundari nõ poterat turbulentos igitur dicamus Gallos cum Duce suo, vt qui mũdi tranquillitatem, è suo dimouere statu, societatis que humanę vinculum, quantum in ipsis est, etiam adhuc dum non desistant.

S. OEtavus.

*Arma à Cesare Ferdinando pro restitutione bonorum
Ecclesiasticorum iuste suscepta.*

SVSCEPTA pro Ecclesiæ immunitate ac restauratione, cura fortunatissimus Imperator Ferdinandus edicto statuerat, vt redditus, prouentus, decimæ aliaque bona quocumque modo à quibuscumque occupata impedita, distracta, libertati prioris ac propriæ redderentur; obstitere huic iustitiæ nō pauci, ij nimirum, qui Ecclesiasticis rapinis assueuerāt non secus, ac ethnici, Dion. 51. Liuius 25. ib. ceterum inde primum initium Græcarum artium opera, licentiæque hinc, sacra profanaque omnia vulgò spoliādi. & omnes illi quibus bene sonat. Pers. sat. 2. in sacro quid facit aurum. atque earum adipe enutriti, alienam arrodere substantiam, iam non turpe censebant; atque vt vi etiā vterentur, quò facilius istud à cervice malum excuterent, ad minas arma adijcere non dubitarunt, siquidem ab incepto non desineret Cæsar. Sed vt is vir est, maximosque semper in Deum rebelles, fert animos, non inani hominū iactantiæ territus, destitit, non minarum pon-

I.
Ecclesia
in Germa
nia spolia
tas redinte
grare iust
satagit Fer
dinandus.

dere pressus subsidit, sed ad instar palmæ contra onus enixus est, sumptaque hasta ac ferro ius suum prosequi, indemnitatemque servare iustitiæ festinavit.

I I.
Till^o irruit
protestates
hanc resti-
tutionem,
vocat, tira
idem.

Quare belli initium Tillius militari, & manu, & animo fortis movit, fortunæque non invidus, felicissimos facere progressus capit; pars deinde contraria pressa, vel adhuc ante omnem irruptionem iniustiam succlamare, tyrannidem nuncupare, violentiamque ebullire. At hos contra condemnabat causa clarissima, ac edicti promulgati æquitas confundebat, quid enim? utique rectè arbitrari possimus, nequaquam ius transilire eum, qui causæ bonitate protectus, quod suum est, quærere sedulo curat, & ablata domino, ut restituatur, ex officio agit. *c. ius naturale 1. distinct. c. iustum. 27. quest. 2. c. olim de restitutione spoliat. l. 1. c. 2. C. quando lic. Vnicuius, sine iud. se vindicare Alciatus in l. 1. ff. de adq. poss.*

III.
Edictum
Ferdinandi
viribus defenditur.

Neque temeritate aliqua usum fuisse Cæsarem existimet quisquam: nulli tamen clā erat, bona redintegrandā, quæ iam olim Ecclesijs detracta fuissent, & quæ nam igitur in tam manifesta te temeritas? si hæc iuris Ecclesiastici erant, & in commercio esse non poterant. *Ambrus. 2. de offic. 37. Tacitus annal. 1. Thucicid. 2. 2. Dio.*

2. Diodor. 12. 16. Tertul. in apologet. Si contra raptorez bonorum Ecclesiæ inuic scriptura sacra. Daniel. 5. Si consimile plenè edictum huic de quo in cap. Quicumque militum, vel cuiuscumque ordinis, vel professionis persona prædia Ecclesiastica à quocumque Rege seu seculari Principe, ab Episcopis inuitis, seu Abbatibus, aut aliquibus Ecclesiasticis Rectoribus susceperit, vel inuaserit, vel sine eorum consensu tenuerit, nisi eadem prædia Ecclesijs restituerit, excommunicationi subiaceat Gregor. XIII. in Bulla in Cæna Domini, c. omnes, 17. quæst. 4.

Etiam non obstat, quo minus edicti facti probeatur æquitas, quod post promulgationem armis accinctus, quasi ad vigilias staret Tylius, ut si quis obaudire nollet, ad vindictam pro-rueret, vel à Religione iniuriam abarceret, ad quam inferendam hæresis confluxerat. c. Dominus 23. quæst. 2. D. Thom. 2. 2. quæst. 40. Imperatorij enim est munus laudabiliter statueri pro libertate Ecclesiæ, statutaque armis tutari, maximè verò cum Hæreticorum se-ctatorumque exterminationem præferant Bulla in Cæna contra Feder. 2. ib. Et hac occasione periclitatur libertas Ecclesiæ, perit fides, quia non est, qui proponat Verbum Domini. Bulla Leon X. de Erroribus Martini Lutheri, Catholicos, ait, & Ecclesias male tractatos propter Reli-

IV.
Hoc edictum
libertati
Ecclesiæ
respicere
potuit Cæsar armis

gionem protexere, c. tibi Domino. 63. distinct. c. cū
 aliquis, c. quicumque, c. videas, 11. quest. 3. Cle-
 ment. vnica, de iure iur. l. 1. C. de summa Trin. Bel-
 larmin. libr. 1. capit. 13. Est enim Imperator Ro-
 manus (vt iura passim loquantur) proprius Ecclesie
 Catholice atque precipuus protector.

v.
 Casar etsi
 periculum
 cognouit ab
 indignatio-
 ne Hære-
 ticorum, nō
 destitit.

Neque huic conatui, sub quo respirare
 populus Dei cupiebat, commode humeros
 subducere tantus potuit Imperator, etsi ab om-
 ni parte prospiceret ingentia mala, quæ à suis,
 quorum beneuolentia ad coronam prouenisset,
 ei essent obuentura. Sic Theodoricum accepi-
 mus in Mediolanenses Iudæos edictum euul-
 gasse, Cassiod. lib. 5. cap. 137. Carolum Magnum
 in Sarracenos, & Vngaros, Bonf. 1. Vng. 9. Sic
 Degobertum, Paul. Emil. Olofernem qui Deo
 omnes subditos voluit. Iudithæ 3. Cambisem
 qui post victoriam abominatus fuit Ægypti
 ceremonias, Orose. 2. cap. 8. Anthiochum qui
 varios substulit ritus 1. Machab. 1. Indignan-
 tibus licet ac tumen tibus Hæreticis, qui præ-
 libata Ecclesiarum pinguedine ne diminutio-
 nem paterentur, omnē violentiam opponere
 vā dixi sunt; verum ille stimulis prædecessorū
 suorum actus inhibere animum nequit, pro li-
 bertate enim Religionum stabant, iustaq; sibi
 defensione contulabant. Borrel. de Regis Ca-
 tholici

tholici præstantia cap. 32. num. 100. Atque hoc studium, diuino fulcritum statuto, quo æternæ cum infidelibus inimicitia constituantur, corroboratur magis. *Exod. 17. E saie 15. Iudic. 11. c de dimis. 24. quest. 1.* Vti ex Osea interpretatur, Cyprianus, sacrificia eorum quasi panis lugentium, & omnes qui manducant eum contaminabuntur. Præsertim, cum, vti mente moribusque separatur, sic pactis Christianorum Catholicorum eo vti nefas arbitrantur, vnde nec immerito legibus omnium rerum pub. quæ pænas, receptæ Religionis violatoribus imposuerunt, subiacere coguntur. *Plat. lib. 10. de legibus Sen. 3. de beneficijs. Ioseph. 1. ant Iudæi.* Quibus sanè vt plurimum accedunt eæ quæ à Germanis Imperatoribus datæ sūt, ab Enrico I. & V. Federico I. & II. Philippo Ottone, Ludouico, vti de V Vormaciensi edicto, quod isti sanxerunt constat, sectamque Lutheranam ad restitutionem receptorum pro summam vim ita damnarunt, vt in proprijs etiam bonis, factam ab ipsis iniustitiã compensari præceperint, quod si exspectationi tamen non responderet euentus, belli faciendi occasionem arriperent, contumaciamque pulchrè vlciscerentur ac templis honorem recuperarēt *Thucid. lib. 7. Diodor. 12. 16.* quæ causa quōdam fuit, vt Carolus Martellus bellum

aduersus Frisios, Argiuos quoque aduersus Spartanos mouerint. Equidem & illæsa sic quoque charitas seruatur. *Bald. lib. 5. consil. 439. Cæsar o in l. 1. de iustitia.* quam Hæretica prauitas si puritati Religiosæ admisceret, macularet salutem, si non extingueret.

VI.
hereses ex-
bare vni-
eq; sen-
ndi con-
mare per
c edita
luit Ca-

Et laudem Pius Cæsar immensam com-
meruit, cum malorum vindex, bonorum pa-
tronus hæresi exturbata gentisque impiæ so-
cietate interdicta, vnitatem confirmare, Ro-
manamque fidem Imperatorum, ac maiorem
suorum vestigijs insitendo, à mordaci vulgo
intactam custodire voluit, additis etiam com-
minationibus, exilijs proferitionibus capitis;
namque experientia quasi edoctus, quid possit
alienæ felicitatis deuoratrix hæresis, ista cau-
tione præuenire placuit noxam, quæ post actas
profundè radices, euellere, deinde difficulter
posset; prouidè ac sapienter igitur ad rectitu-
dinem iam in malo distortos, inflectendos iudi-
cauit. *Canon. iam vero. 23. quest. 6. Qui multa per-*
fidia, & obstinationis erat, tanto pensionis onere esse
grauandum, ut ipsa exactionis pæua compellatur ad
rectitudinem festinare. Compressæ etiam sic ho-
micum opiniones multitudine penè infinita, cū
suffocantur, ne diuersitas sentiendi, quod quis-
que vellet morum obscuritatem immitteret.

ani-

animorum voluntatumque euagationes infre-
git, ac longa multipliciæque sententiarum fila
incidit, in vinculum vnum, vnumque nexum
colligit, separatumque vulgus ab vnitate fidei
sejungi impigrè accurauit, ne in administra-
tionem Reipub. tandem vocati, vitiosa mo-
rum contagione publicam causarent calamita-
tem, nec coactionem hæc cura, hæc sollicitudo,
aut vim Religioni attulit, quod Canonum fan-
ctiones euerteret. *c. si vos, 35. questio. 5. c. qui
syncera dist. 45. cap. 1. de bapt. Tertull. in Apologes.
Et ad scapulum sic refert, hoc ad Irreligiositatis elo-
gium concurrat, adimere libertatem Religionis, Et
interdicere opinionem diuersitatis, ut non liceat mihi
credere, quem velim, sed cogar colere quæ nolim.*

Hoc enim non fuit cogere Religionem,
sed impedimentum tollere Religioni, vtilē esse
Religionem, ac patriæ, nam plurimum qui vtra-
que opiniones sectabantur, palā Lutheranam,
& Calvinisticam secretoque Catholicam Ro-
manam, ita perfide vouebant, solo honorū ob-
tutu attracti. Porro partiri inter se vulgus
rationes oppositas, ac de cōposito turbas ciere
cum aduertit Princeps, implicitam Religionē,
vt extricet, contra insolentiam etiam militari-
bus copisi egredi laudabile sibi ducere debet,
sicque sub vexillo legitima erit oppugnatio.

Deuser.

VII.
An vis fu-
ret religio-
ni per has
formā sta-
liendæ vn-
tatis.

Deuter. 23. si tibi, inquit Deus, voluerit persuadere frater tuus, eamus, & seruiamus dijs alienis, non acquiescas. Euagr. lib. 2. cap. 8. quanta erit gloria ab insanissimò Tirano Alexandrinam Ecclesiam in cuius contritione omnium Christianorum est iniuria liberare. Gregorius lib. 1. epist. 72. Atque vt Rex rebus bene consulat, & priuatis, & publicis, nunquam acquiescat oportet in subditorũ distructione, sed cum iisdem Reip. legibus cõstringantur, vt & fide, & disciplina eos attineat videre debet, vt in ordinem redacti de Religione non varient. Niceph lib. 14. cap. 21. Zanon. lib. 3. Leo epist. 75. Gregorius lib. 1. epist. 72. Nauclerus generatione 36. sicque sub vexillo eam cogere potest, cultusque Dei ac factorum ceremonias vnanimi veneratione munire, etsi mitius semper imperium est, vbi suauitas, ac mansuetudo interuenit, vt proprio cuiusq; impulsu potius, quam importunitate aliena, Deus colatur. Lactant. 5 instit. cap. 20. à 21. Arnobius aduersus gentes 3. & 4. Cassiod. 2. variarũ cap. 27. & lib. 10. epist. 26. Sed id à iure civitatibus liberis conuenire magis, facile admitti potest, secus verò cum his agatur, qui sub iurato sunt communi, fæderique Principis accedunt.

Et quæ clementia Ferdinandi est? Nondũ eruperat in apertam vnus fidei declarationem
nondum

VIII.
ine moni-
one an po-
uerit Fer-
inãdus cū
pexilio Ec-
clesiæ redi-
tus recupe-
rare.

nondum etiam ad verborum blandimenta descend-
derat, sed adhuc temporis stans sentiendi ar-
bitriū permiserat, Ecclesiæ morem respiciens,
quæ iudaicam patitur gentem, non compellens
ut Iudæorum aliquis actus contra superstitio-
nem exerceatur. *capit. si Iudæi, S. Nullus de
Iudæis, cap. qui syncera, 45. distin. l. Nemo, C. de
Iudæis, l. 3. ad fin. vbi glossa, ff. de decurio.* In plu-
rimis ciuitatibus liberam ientētiam tolerabat,
ne sibi molienti hæc, maior controuersia, aut
de diademate Imperij, aut de tota Religione
oriretur. Itaque quod eius studium erat quæ
contentio? redditus, quos per summam nequi-
tiam ad indebitos defluxisse cernebat, reparare,
atque in proprium reuocare statum summo ni-
tebatur opere, maiorum suorum consuetudini
fideliter inhærens. Subductio quoque ab Ec-
clesiæ gremio Hæreticum confundebat, ut iam
quorumcumque bonorum reus crederetur,
contra hosque Cæsar arma sumere non erat in-
solens. *Numer. 14. vers. 22. gloss. in cap. quo iure
verb. nam iure diuino 8. distinct.*

Illud etiam ad se armādum promouebat
vehemēter, quod sicut hæretica labe, vi & for-
dibus ad Ecclesiastica bona peruenerat, *cap.
statutum de Hæreticis lib. 6.* Sic ne iniquè iam
Ee bonis

IX.

*Iustissimè
pro recupe-
randis redi-
tibus Eccle-
siarum in-
struit copias
Ferdinād.*

bonis attractis perfrueretur, quibus inidoneus iudicabatur á Cæsare armatus fuit Tilius, Catholicorum enim hæreditas est, vt, sicut de fide participant, sic de pinguedine eius viuant, *l. r. cum authent. sequenti, l. curiales, C. de hæreticis*. Et verò qui dici etiam iure potest immaturus hunc agendi modum Cæsaris fuisse? cum Protestantes Hæretici tolerari tantum poterant possessores, si post defensionem mox ad fidem se reformassent? *cap. ad abolendam, §. presenti de hæreticis, & in S. Laicus, ibi. nisi abiurata hæresi confesim ad fidem confugerit, cap. diuortium de peni. disc. 1.*

x.


Iam obstinatis hæreticis amplius nõ est indulgendum vsque dum spolientur redditibus Ecclesiasticis.

Neque turbulenta Cæsaris acceleratio est, iam sæculum eius expleuerat patientia, nec expectationi tam diuturnæ deinceps locus supererat. At sæcularis, vt Princeps huius edicti sibi ius arrogare non debebat. Quid verò refert, eam si personam sustinens tantum aggredi ausus fuit? præsertim cum in hæresi detecta, qualis est Caluini, qualis Lutheri, ac reliquorum, quicquid fit à Principe, seu Ecclesiastico, seu sæculari, laudabile censi debeat. *l. damnato, l. nec vero impios, C. de hæreticis*. Fitque ex eo iustitia liquidissima, quod præmissis non semel admonitionibus, vt ab impia Religionis priuata, consuetudine, ad communem viuendi rationem regrederentur, in sua perstare perfidia

fidia contumaces maluerint, cui profecto indignitati, etiam ferro occurri necesse fuit, ne Religiosæ auctoritatis vigor eiusdemque progressionis feruor extingueretur, Catholicique exercitij valetudo labefactaretur. Sic Chaldæi patriarum legum tutores acerrimi, ne quod ab Abrahamo detrimentum acciperent, à suo eū confortio seclusere. c. l. 35. *quest. 1.* Sic Anacharsis à Thracibus vltoribus occuluit, *Herod. 42.* Sic Eutychiani à Martiano Augusto capiti diminuti, sic denique (vt nota non accumelē) à Iustiniano heretici omnes exilio mulctati fuere. Habet igitur edictum hoc Ferdinandi æquissimum, pijsimum, sufficienter quo fulciatur, & Hæreticorum in hoc, tanquam in æreū aliquod scutum emissa indignationis iacula inani euentu hebetata repelluntur.

:):(:





S. Nonus.

*Rex Vngariae in Electionem admitteendus, Rex
Galliae, & quicumque Heretica nomine
excludendi.*

I-
Ferdinan-
dus deside-
rat in ange-
rationem
filij.

FERDINANDVS Imperator Au-
gustissimus, dum filium suum Regni
Hungarici diademate insigniri vult, id
enixè molitur, vt Germanorum Principū, atq;
sacri Imperij Electorum fauore conciliato, ad
inaugurationem suauiter, humaniterque addu-
cat, qua completa, & in auguratum iam Regē
Imperij Romani successorem irrefragibili sen-
tentia designent: & quia septemvirorum hic
valet auctoritas, etiam in hoc eius opera de-
sodat, vt hos in sententiam suam adducat. Illi
enim ad vocem petitionēque, tam æquam ani-
mo voluntateq; æquissima propendentes, nihil
expetunt magis, quam, vt tantus tamque exi-
mius Heroum flos ad istam honoris eminentiā
eleuetur; veruntamen in bilance constituti cum
cautela beneficium administrant, ne libertate,
& Electionis iure priuati (quod penes ipsos
est) Imperij adoptatio in hæreditatem tandem
transijisse, ingemiscant de quo supra S. 2.

Per-

Gallus ob-
stat Electio-
ni.

Perculit fama tam expeditæ transactionis, tamque insperatæ conuentionis cōmunio, Gallicam ambitionem; atque inuidentiā quadam motus Gallus ad arbitrium seueritatis se flecti permisit, actutum contra tot Procorum benè sentientium studium, & vnanimem consensum exarsit, obistere penitus, ac rei euentum retardere conatur: Non iam eam consuetudo tot annis obseruata, non publica Principum auctoritas, non rectitudo iuris; quæ maximum in electione pondus habere solet, non denique Imperij libertas, grauitasque maiorum, ab incepto auocat; præualet odium, euincit furor, impotensq; sui Gallus stomachum in Austriacam posteritatem effundere satagit. Itaque omnem mouet lapidem, vt à proposito consentientes diuertat, spem Ferdinandī succidat, ab honore reuerentiaq; tanquā legitimo Imperatori debita se cæterosque eximat, atque ita ius iurandum in fidei Religionisque defensionē prestitum pessundet, nouæque factioni Ecclesiæ vniuersæ non parum noxæ frænum laxet.

Accedit Euneus Principum Germanorum, & fraude, nescio qua, decepti atque illucti in sectas, & priuatos circulos transeunt. Austriacam stirpem à Deo satam totamque, exorsam habere incipiunt, Italos pariter ac Hispa-

III.
German
Impediunt
Austriaco

nos auersantur, in varias periculofissimasque
 dissensiones ius suffragiorum distrahunt, alij
 Religionem præferunt. Ab Austriaco Impe-
 riale diadema in aliorum potestates transferre
 conantur, plurimi Gallo plurimum tribuunt,
 huic gratiam, huic primas deferre, nec damnis
 iam præmissis deterrentur, nimirum hoc volūt,
 vt potētiore deinde excluso prædominari pos-
 sint. Quare ad arma isthæc proecessit peruica-
 cia, in bellis constituta est alea, multisque iam
 prælijs fortuna pænè defatigatur. Procedit de-
 nuo armatus Gallus, & ferro minatur. Prodit
 & Hungariæ Rex, virumque opponit viro;
 Ille, vt successor Regni Francorum, tanquam
 hæreditarium prosequens ius: Iste non sangui-
 nis propagine dubius, recepto per Bullam au-
 ream suffragiorum iure, & laudabili commu-
 nique nitens consuetudine. Et hic quidem me-
 ritis vincit, etiam septemvirorum assentiaculis;
 plus dicam; asseuerationibus.

Nam vt inde á primis Ecclesiæ, turbis
 altius rem exordiar, quis Religionem tot ma-
 leuolorum hominum, petulantius impetitam
 vexationibus integram inuiolatamque serua-
 uit? seruauit Austriacus. Quis fidem labefacta-
 tem, & turpi excidio proximam, ex ipso penè
 casu ereptam defendet? defendet Austriacus.

Quis

V.
 Electionē
 erit? Rex
 ungarie
 clusionē
 allus.

Quis à nominis Christiano tot calumnias, tot probra, tantaque inimicorum insultantium inneptias illusionesque abstulit, compressit, exterminavit? compressit, exterminavit Austriacus. Denique quem tota Imperij sacratissimi salus merito respicit? respicit nemine invidente (si bonus est) nemine reclamante (si non Gallus est, aut Gallo par) Austriacus. Hic inuictò animo, fortibus lacertis, rectissima mente, Ecclesiæ firmamenta, si non latissime propagavit, atque ad suos, qui longè lateque patent, fines, vsque produxit, at certè acerrima propugnatione defendit, tantum cum Religionis vigor violenter oppressus patrono omnino fidelissimo, vigilantissimoq; indigebat. *Floremundus Remundus de ortu progr. Heret. Adrian. in Epist. ad Freder. Xaxon. Ducem Luth. Maccen.* Reuixit ergo hoc defensore fidelitas, fractaq; seruitute, Tyrannide obtrita, Europa vniuersa in pace tranquillitateque conquieuit. Infremit nihilominus Gallus, tamq; bono successu in inuidiam actus, dum pax stabilitur, turbinem iniicere ausus est; quamobrem, vt sedulus venator, dum instat feris, canes maiores incitat, imbeciliores remonet, sic grauissimos ille Dei hostes extimulat, iurique, vt aduersam inferant, instigat acrius. Ita ne tanto

fautori

fauori sacra Imperij Religiosissimi Maiestas, vt deferatur, Dominicique custos sit gregis, æquum existimabimus; enim vero non mereatur coronari, qui talis Coronæ tam infidus est amicus. *Amhen. Gazaros, l. damnatio, C. de heret.*

V 1:

Gallns incapax est Imperij ad piscēdi, & abepti.

Sæculari dignitate profulgens Princeps omni Ecclesiastico dominatu inter Christianos excluditur, quando neque iniurijs Deo, neque Ecclesiæ illatis ad vindictam mouetur, nec minus, & iure speque Principatus temporali obtinendi gaudere potest. *Canon. 3. Consil. Later. Zonaras lib. 3. Paul. Diacon. libr. 3. cap. 11. Alphon. Rit. de Reg. hist.* Et adhuc audet aspirare ad thronū, qui apertis in Ecclesiā pugnat? armis neq; patrocinio fouet, sed desidijs labefactat, audaciaq; manifesta impugnat? desine, desine inquam istam impudentiam, iniqua planè fors, ò Rex, à Rege altero, quē iā ad honorē manu poposcimus, te diuidit; nam non tantum à stirpe defensorum fidei descendit, verum etiā, optimisque decertatoribus dissimilia moliris; non, quod debes defendis, sed oppugnas, non in libertatem vendicas, sed ad iugum condemnas, non propulsa iniuriam, sed ad eam inferendam adhortaris, sicque alienæ particeps iniquitatis, & à cælo, & à regno, quod ambis, exclu-

excluderis, meliorumque, & Regum, & Principum numero exclusus, ad brauium non ascendes concupitum, quoad vsque te á labe hac terribissima purgaueris, ita Canon. ibi. Ut terram suam ab hæretica feditate se purgatuos iurare teneantur, etsi intra annum non satisfecerint, Vasalli eorum à Summo Pontifice ab eorum fidelitate absoluti denunciarentur, & terra alijs sine contradictione possidenda deur. En, habes, cui te conformare ius fasque est.

Et quò non audet progredi inuerecundè semel suscepta malitia? Gallus in hoc malorum exordio, nihil mali moliebatur aduersus sanctos, aberat longè à scelere, quo, progrediente crescenteque aduersariorum hæreticorù amicitia, intolerabilis deinde euasit; pascebatur solito otio fidelium multitudo, solemnitates Ecclesiæ celebrabantur, nondum metus turbabat claustra, nondum crudelitati fores patebant: cum færitati accessit animus, Galloque auxiliante perrexit infania, quæ subsidia in Austriacos protulisse credebat Gallus, in euerfionè demolitionèque orbis Christiani se contulisse: Vidit, vidit inquã, nec indoluit tamè, ò maleuolentia! permisisse fortunæ cursum, iam immanitati permixtæ, non retorsit violèntiam, quid si etiam iuuit? loquatur Buscoducù,

VII.
Gallus hæreticus fomēt nō destruit, cum potest.

dicat Traiectum, cæteræque vrbes, quæ ad cō-
 spectum Gallici vexilli erectæ tripudiare po-
 terant, sed deiectæ ingemiscere cogebantur.
 Dux impiorum non erubuit esse cum tãto no-
 minis sui dispendio, qui caput pro honore, &
 gloria Dei decertantium merito esse debebat,
 Quam igitur præclare facit, qui tam infestam,
 tamque nefariam gentem ad manũ ducens, huic
 libertatis, munia, dignitates, titulos, immuni-
 tates, gratiasque Regales concedens; populum
 electum, sanctum Dei in præcipitium, atque
 ad extremum bonorum vitæ, & fortunæ exitiũ
 deturbare festinat? quis bonus, sanusque mēte,
 cum amet? quis diligat? quis Christianum, &
 quis Christianissimum agnoscat? fidelis cum
 infideli inũgitur, & quænam isthæc delectatio,
 præficitur Christianissimus barbaris, & quænam
 hæc sanctitas? ex imo barathri proruperat
 infelix ista profluxies, necromantia, & demo-
 num fraudibus instructissima, facinorosa à cæ-
 li ambitu proscrip̃ta, & huic tanta fæditate cō-
 spurcatae pesti, accedere, huic bene velle, huic
 ducẽ se præstare voluit, tã pietate conspicuus,
 tam moribus excellens, tam gravitate plenus (si
 tamen non fallor) tã deniq; fide præstans Rex?
 sanẽ non intelligo satis qui hæc inuicẽ cōcor-
 dent, quid si etiam pessime apud omnes audiat?
 quid,

quid, si inquam, ab ipsomet hoste, cui socia-
tur, quodam risu notetur, traducaturque.
Arbitror omninò cū tanta impudētia, & quod
maius est, infidelitate Religionis Romanæ, quā
Gallus suscepit, integritatē cōsistere non posse.

Ab Imperatorio itaque munere longe
absit, qui in tanta varietate animi, in fide va-
cillare creditur, aliud enim istud est, quam ut
ab inconstante, & quolibet fortunæ nutu nu-
tante Rege suscipi, atque impleri possit. Huius
si nescis magnitudinem, ausculta edictum Ca-
roli Quinti ad sacri Imperij electores transcri-
ptum. Ita illud: *Ad veri Romani Imperatoris
officium pertinet, non solum fines huius sacri Imperij,
quod predecessores nostri Germaniæ Principes ob de-
fensionem sanctæ Romanæ, & uniuersalis Ecclesiæ
suo suorumque sæpius effuso sanguine per diuinam gra-
tiam sibi quæsierunt, ad Orthodoxam viam, addu-
ctis, vel expulsis infidelibus, propugnare, verum etiā
ne qua hereseos labe, aut suspicio in iam sibi subditis
nationibus sacrosanctam Religionem nostram com-
maculet, summo studio prouidere, ac si qui iam oriri
cæperit, eam omni spe, omnique cura iuxta normam
à sancta Romana Ecclesia hætenus obseruatam de-
lere penitus & extinguere. Compendio profecto
dicta sunt multa quæ, qui nolit, & auctoritate,
& armis, si opus est, protegere, certè ad istum
præminentia apicem non poterit peruenire.*

VIII.
Contraria
est munus
Imperato-
ris, opera-
tionibus
Galli, &
dū irruunt
Hæretici
contra Ec-
cliam, eorū
subsidio fo-
dit Gallus

Extra hæc omnia positus Gallus, non Imperio, sed sibi studens, sibi serens, sibi ocans, sibi idem, & metens, Imperator ut nominetur, & sit, qui tandem fieri posse mihi persuadeam? Impune grassari patitur hæresin, confessionem honorum dissoluit, discordiam subditis contra dominum suadet, eosque rebellare docet iuente Imperij Catholici Monarcha. vel se, vel alienum in sedem intrudere seu virtute, seu dolo contendit, quo iure, qua fide, susque deque habet; atque eo quidem tempore, quo hæretici status ex suo statu motus ad interitum properabat, & publica illius interturbatur tranquillitas Rupella iam subacta; Gallus auspicio suo malus, ne in extremam ruerent calamitatē, optatus hostium infensissimorum benefactor, occurrit infortunio, plagamque qua alienos percutere iubebatur, in suos conuertit, dataque potestate Batavis, Germanis, Suecis, ut consuetos in aduersas partes vsurparent, insultus, & pijs damnum, & Religioni malum inferri passus est. Miscentur, itaque hæreses fidelitati, errores veritati, qui si vires nacti fuerint, ut cancer serpent, & Remp. orthodoxa lege florentem in exitium exponent sempiternum: non enim rectè viui potest, vbi fidei incrementa decrescunt, & vitiorum omnium communitio inualefcit.

nalefcit. At ab hac impietate quanto longius
abest Austriacę domus fanctitas, tanto proprius
ad regimen, & Imperium accedit, cui & nefas
fit denegare id, cuius participatio ex ipso celo
originem accepit.

Et merito sane meliore conditione gau-
dere potest stirps Austriaca, cui tanta Religio-
nis semper fuit, hodieque est cura, quantum est
studium, & proprię salutis, & consecuti à Deo
honoris recordatio, neque segnior est in Re-
ligione conseruanda, quam in augendo Impe-
rio, & vno duo nexu copulatur, vnus est amor,
vna contentio, & mutuis præsijs, & paribus
studijs fouentur, & æquali in Deum, & Eccle-
się cultores, & Austriaci propugnatores, animo
feruntur. His iniuriam infert, quisquis illos im-
pugnare contenderit, & ab Ecclesia qui se ab-
straxerit, ab Austriaca familiaritate iam se auul-
sum credere haud dubiè poterit; hæc copula
firmissima est, atque æterna firmamda memoria
coniunctio, & quanta hinc emolumenta, quã-
ta gratia, quanta Catholicę vnitati non proue-
niunt auxilia? Gallorum cum hæresi coniura-
tio diuisionem Ecclesię parat, validaque manu
in Imperium insurgens, vastitatem incredibile
indicit, at contra vultu animoque imperterriti
& fide, & natione Germani, ferrum apparent,

I X.
Religioni.
Imperij, &
Austriacę co-
munis est
causa.

& iuncta Italia propugnationem suscipiunt, at neque sibi, neque his deest Austriaca animositas, compositis viribus, coadunata potentia in turmas adiuratas pro voluit, signisque erectis communem Catholicorum salutem tuetur, digna præconio, æternis digna monumentis præoptitudo. Acie sic constituta corrugat frontem, & oculos intorquet Gallus, atque rei tam arduæ, ut tempori occurrat, dexteras sollicitat impiorum, Hæreticoque fulcitus auxilio cum perpetuo nominis amplissimi dedecore, virosque Religiosissimorum offendiculo prælium adaptat, Germaniæ imminet, Imperialē ab Austria coronam abstrahere tentat. Hæc igitur Gallica est vnitas, hæc vires, hæc conspiratio verbis magis execranda, quam prosequenda multo, sed illa feliciter progreditur Austriacorum consecratio, nam nec paternæ legi rebellās, nec fidei fundamenta conuellans, nec (ut, quod est dicam) Deum sanctosque impugnans pro iustitia in bella se transfert, pro Religione conseruatione in hostem virili pectore procedit, vitæ sanguinisque prodiga imparatus non sibi, sed Deo acies fortiter incurrit, sicque fædatam scelere virtutem ab omni inquinamento, susceptis pro ea vulneribus, emundare, emandatam, suo vigori splendorique restituere gaudet: nimirum.

mirum hæc vnica omnis periclitationis causa
Austriaci magnanimitatem exciuit, quando
vt Adrianus loquitur ad Fridericum Saxonie
ducem ista referens, *Basilica sunt sine plebibus,
plebs sine sacerdotibus, sacerdotes sine debita reueren-
tia, & sine Christo denique Christiani*. Ipse suffu-
ciat, & suffultas deinde contra vim hostilem
defendet.

Iam vero, si & Protestantium ardor cum
Gallo eò euadat, vt Imperij possessione trans-
mutare velit, alioque extra Austriacos deriuare,
quam id sacro statui noxium, quam molestū,
futurum sit, quis non videt? enim verò rarò gra-
tiam cōciliat diuersitas, & dissimilitudo regni,
dissipat leges bonas, atque ordinem discipli-
næ corrumpit, generat damna, confundit ani-
mos, atque inter plebes dissensiones ponit nū-
quam componendas, exteris grauis, ciuibus in-
tolerabilis, fœcunda discordiarum mater, cru-
delitatis, & seuitiæ fons, atque origo. Testis est
antiquitas, quæ à Carol Magni stirpe transla-
tum in Theutonicos Imperium in abominabi-
lem tyrannidem degenerasse conspexit, qua &
Italia, & Germania ad multum ætatem labora-
uit, grauiterque passa vix tandem respirauit;
Eius quasi progenitores erant in Italia Beren-
garius I. & II. Hugo Arelatensis. Lotharius

X.
*Separatio
Imperij ab
Austriacis
causat tur-
bas.*

Hugonis

Hugonis filius, & Berengarius, in Germania. Conradus in Fræconia, Henricus auceps Saxoniae Dux, atque iisdem Imperiale magnificentia Augusti, ea nominis appellatione utebantur, subq; his à loco, quo tràquille fruebatur, mota felicitas, peregrina sensit grauamina, periculisq; semper proxima vigilare cogebatur. Nec dubium sane est, quin Regni iam demum mutatione facta, ne dissona gentium animorumq; coactione Imperij gubernacula dissoluantur, & magnæ discordiæ aditus recludantur, qua fidei Religionisque quieta constitutio confundatur, in hos sese conatus magna cum opportunitate fortitudineq; illaturus sit Austriacus, vt faciem illam hæreticam à liquidissima Catholicorum concordia discernat; & sic quidem quanta mûdi totius turbatio inualitura sit, quisque coniectura facili assequetur: nam regnum duos non capit, sicque necesse est, dissidia maxima crescere, vbi vni excellentiæ ambitus duorum postulatione suspensus ad quam se partem flectat, difficulter inuenit, atque ita planè accidit, vti, ad Freder. Saxon. Ducem, scribès Adrianus commemorat: *Dissent inquit, intus Principes Christianæ Reipub. & in mutuam armati perniciem cruentissimis inter se odijs conflantur, & in fraterna viscera ferrum stringunt.*


Neque

Neque ideò quiescet pars contraria, aut pu-
blicus compescetur tumultus, etsi Gallus colo-
re causam obducat, sedulamque Imperij Reli-
gionisque protectionem prætendat: nam li-
bertati tuta non præstatur via, quândiu latron-
culorû non impediuntur insidiæ, & quod Res-
pub, habebit emolumentum, quando summus
etiam Reator gubernatorque vrbis desidere
cogitur? Et quomodo Gallus patrocinium Ec-
clesiæ spondebit, quando, & ipse in multitu-
dine malorum constitutus, propriæ deficit cau-
tioni? Hæreticos, effrænem populum contine-
bit? at qua audacia, qua vi, quibus animis, cum
tot tamque crebras in Deum blasphemias non
corrigit, imò leuiter permittit? Et qui vitia tali
hominum generi vti nata, ab stirpe rescindet,
qui contra insurgetem cum improbitate bar-
bariem mutire non audeat? Dies ò Rex, & vsus
& maior rerum cognitio edocuit, Reip. firmi-
tatem paulatim solui, postquam ciues in Reli-
gionis cultu discrepare ceperint, neque tum
numis neque blandimentis locus relinquatur,
In memoriam hic tibi reuoca Constantinum,
inuenies sanè, tentasse eum, si Hæreticos cle-
mentia corrigere, aut beneficijs inflectere pos-
set, vt opprobriorum occasionem gētibus adi-
meret. Frustra quidem, vti experimento pro-

datū est, ea sollicitudo adhibita, eæ curæ sus-
ceptæ. Disceat igitur à Constantino Gallus, &
sapiat imposterum; non mansuescunt extra ca-
ueam Tigrides, nec annosæ vulpes astutiã obli-
uiscuntur suam, mirum est, quod de Iouiniano
referunt scriptores; ad quem cū summa mi-
litum voluntate in difficillimo congressu hosti-
bus a tergo à fronte instantibus, ac prementi-
bus, Iuliano iam Apostata cæso, honoris sum-
ma fuisset delata, constantissima voce negavit
se, qui Christianus esset, Religione non Chri-
stianis imperare posse. Aduertat Gallus, cui
cum non deferatur Imperium, armata temeri-
tate comparare intendit, & cum istam mixtarū
gentium confusionem componere nequeat, ad
fidei arbitrium eas se flectere posse cōfidit me-
lius profectē sentiunt, qui gubernare sciunt,
nec proprio nole seducuntur, qui suis consi-
lijs diuersæ Religionis subditos ducere ad id,
quod opus est statu, quodque legibus perhi-
betur, diffidunt: equidem, vt opinor nolūt ob-
temperare, qui dissolutē viuere didicere, dissi-
mulare tamen per pulchrē calliditatem norūt,
dum in occasionem erumpat licentia, vt colle-
ctum, diu virus in publicam perniciem effun-
dant, eo maiore impetu, quo diutius sese con-
tiuerint, vti iam tū ex ista ignobili massa pes-
tilens

tilens euaporauit aër, quo infecti quidam non infimæ fortunæ nominisque viri in factiones iuere, Religionemque alia clandestina professi perfidia à maiorum suorum vestigijs, & sacrorum cultu deflexere; scilicet bonorum cupiditate abstracti, non Regis præcepto se accommodare, non illi obaudire malunt, & quid mirum, cum à Deo ipso se separauerint. Hæc sunt commoda Galli Regnantis, & ista quidem initia malorum, & quo, putas, profectu totum cõplebit Imperium? arbitror, non ad pacem, sed ad extremam Christianam Rempub. perniciẽ inclinabit, quamobrem velim, illud sibi dictũ serio inculcet, quo mentem voluntatemque ad rectiorem cupidinis formam dirigat, quod quidẽ sapienter in sublimitate constitutis, ita protulit. *O Here, inquiens, quæ res nec modum habet neque consilium; ratione modoque tractari non vult.* Et hærelis, ò bone, furor est; ægre is compescit, si iam eruperit, quem etiam, quo plus irritaueris, eo maiora capiet incrementa; ab-
stine ergo consilium, & melioribus
tibi Deoque consule
conatibus,





AY...
AR...
EST...
TAB...
N.º

259

259

AYUNTAMIENTO
DE MURCIA
ARCHIVO

EST^E 11
TAB^A 9
N.º 9

2008